[Venezia, Alberto, Bernardino e Giovanni Rosso, Vercellesi, dopo il 1500]

cfr. Isaac 12426




Copinger 1660
Reichling II, 156 = 475
Pellechet 3806

GW VI, 698

IGI II, 97

altro esemplare
70. 1. C. 12







Claudianus de raptu Proserpinæ : omni cura
ac diligentia nuper impressus : in quo
multa : quæ in aliis hactenus
deerant: ad studioso-
rum utilitatem :
addita sunt:
opus
me Hercle aureum:
ac omnibus expetendum.

.B. Mariani Carmen.

Hoc magnũ dederat nomen tibi sedula mater:
Doctrinæ ut custos: Ianitor atq; fores:
Nec decepta fuit. Plures tua pectora fundunt
Flores: quam tellus ingeniosa ferat.
Currite nunc Iuuenes studiosi currite: Ianus
Eloquii pleno pectore fundit opes.



.T.PHAEDRI.

Quid miseræ prodest Cereri exorasse Tonantem?
Vt naram alternis mensibus adciperet:
Rapta erat ab Diti rursus Proserpina auaro:
Obrutaq; in stygiis illa latebat aquis:
At bonus adsurgit Ianus:qui uindice lingua
Eripit e manibus raptor acerbe tuis:
Et iubet ad superos ire & uolitare per ampla
Ora uirum:tantum plus Ioue Iane potes.
Iane tibi dea si tantum Proserpina debet:
Quæ ratio adcipiet nomina(dic)hominum?

EIVSDEM

Quis hæc tibi quis autor e penu dedit
Reposta uatum?originem unde subscipis
Tibi?ut recludis abdita & recondita
Habesq; sensa Iane cognitissima:
Quibus misella turba litteraria
Tenetur impedita:nec potest uiam
Videre:quærat unde quod petit sibi.
An ipse Ianus omne qui biceps uidet
Geritq; clauem:aperta fecit omnia?
Vel es receptus hospes ab Choro Deum?
Sit ut iubet:uouetq; dedicatq; se
Tibi latina & Attica eloquentia.

LANCINVS CVRTIVS.

Quicquid lucernæ fumidæ uigil pallor:
Sollers acumenq; ingeni:furor repens:
Doctrina:studium:diligentia:ars:Phœbus:
Musæ:& fauentes Cæsares manu larga
In Claudium attulerant:adederat tempus.
Vt non Maronis iam amplius gradum ferre
Vestigio hærentem uiderier posset.
O temporum uis:O maligna sors fati:&
O temporum uis:& benigna sors fati:
Quæ Claudiano dederat:abstulit:rursus
Dat quæ abstulit:Cottæ Catelliani actus
Suasu ac ope Aulus Ianus attulit uati
Suppetias Parrhasius optimo:immunda
Atq; ulcera expurgauit:& parem Claudi
Numeris ab æuo claudicantibus gressum
Est reddere ausus:de situ tenebrisq;
Vatem afferens:& sensa lucidans.qui olim
En Claudius totus legi potest.Quare
Asclepio par Ianus est:lacer truncus
Iam Claudius cum Claudianus antiqua
In membra amussim redditus sibi:frontem
Tollat reposita statua uti:Platonemq;
Verum probet uatem:furore agi quando
Interpretem inquit proximo poetarum.

ANTONIVS MOTT. .

O ſor quiſquis es obloqui caueto:
Nec ſis rictibus inſolens caninis.
I quæſo procul:i procul rogamus.
Te expectant ſiculæ & petunt procellæ.
Tu qui es:candidus:inocens:benignus:
Sacrum ne timeas manu libellum
Nocturna premere:& ſimul diurna.
Et quom te grauis unda ſæuientis
Fractis proripit anchoris triquetræ:
Per caſus uarios:& feram retorquet
In Scyllam:rabidam & trahit charybdim:
Argo ut pertimeas perire nauta:
Inter Cyaneas graueſq; fauces:
Circum reſpice littus in ſiniſtrum
Et dextrum latus:hinc leges iter quod
Iani Parrhaſii pharos docebit.
Erranti conſulit:atq; naufraganti:
In tantis quid agas miſer periclis.
Splendorem face non procul ferente:
Dat tutam tibi dat uiam:facitq;
Expulſis placidum fretum tenebris.

IDEM.

Perſephonem ſtygias quom luridus orcus ad undas
Auectam:rapidis impoſuiſſet equis:
Sparſa per amfractus relegens ueſtigia currus:
Prætulit accenſam lampada mœſta Ceres.
Si mihi cum uenia liceat dixiſſe parentis:
Offendent magnos nec mea uerba deos:
Maiorem tibi Diua facem fert Claudius:& qui
Illuſtrat uatis carmina parrhaſius.

IO. MARIAE CATANEI.

Numine q; ſtygio rapta eſt proſerpina quondam
Illuſtrata diu ſicelis ora nitet.
Trinacria:raptore Deo:Cereriſq; labore:
Multus honorifico Claudius ore fuit.
Ora deinde lacer crudeliter:atq; puellæ
In raptu:raptum paſſus & ipſe parem.
Quem nunc illuſtrans quanto ſit dignus honore:
Parrhaſia Ianus celſus ab arce fluens:
Nāq; grauem rerum ſeriem duroſq; receſſus
Explicat.& nitido Claudius ore micat.

EIVSDEM.

Non poterat reuocare gradum proſerpina:matèr
Quáuis ſæpe foret de Ioue queſta Ceres:
Quod pater:& ſummi natæ regnator Olympi
Non dederat:tribuit Claudius auxilium.
Non modo perſephonem reuocauit mille potentem
Artibus.aſt ipſum Dæmona:quátus erat.
Poſt modo turbauit uatem crudelis Enyo:
Vt iam Lethæas eſſet iturus aquas:
Alma Ceres metuens in peius furta ſecundo:
Atq; uidens cæcis pignora merſa cauis:
Orat opem.Ianus qui factum norat ad unguem
Facundæ gemino frontis honore decens:
Subuenit:atq; deam cœni caligine merſam
Extrahit.immundam caſtalis unda lauat.

AVTORES quos hoc í ope Ian⁹:& ii p quos ipse pfecit:sequuti sunt:& passim citát.

Actius poeta.
Externi.
Acarion.
Acusilaus.
Acesander.
Acestodorus.
Nostri.
Aelius quem Varro audiuit.
Aelius stilo.
Aemilius Probus.
Externi.
Aeschylus.
Agametor poeta pharsalius.
Agathon samius.
Agroetas rerum scriptor.
Agathocles qui ité.
Alexáder polyhistor
Alexáder médesius.
Alexáder ephesius.
Alcmá poeta lyric⁹.
Alceus.
Nostri.
Amian⁹ marcellin⁹
Ambrosius.
Exter.
Anacreon.
Antioch⁹historicus
Antipater poeta.
Andro Teius.
Anaximander.
Antimachus.
Antiphon.
Antigonus.
Andreoclides.
Anaxagoras.
Apollodorus qui ð tpib⁹græce scripsit
Apollonius qui Argonautica.
Appianus Alexádrenus.
Aphthonius rhetor.
Nostri.
Apuleius p̄hus.
Apuleius grámatic⁹
Aprisius.
Apronianus.
Exter.
Aristoteles
Aratus poeta.
Archemachus.
Aristophanes ueteris comediæ poeta.
Aristophanes grammaticus.

Aristides orator.
Arrhianus p̄hs & rerum scriptor.
Aristus Salaminus.
Arcadius Antiochenus grámaticus.
Aristanetus.
Artemon.
Aristonicus.
Aristodemus.
Artemidorus:qui fecit epitomen geographiæ.
Nostri.
Asconius pedianus.
Asinius Capito.
Exter.
Asclepiades.
Athenæus.
Atrometus.
Nostri.
Aufustius.
Aul.Gellius.
Auienus.
Augustinus.
Externi.
Bacchilydes poeta.
Basilius magnus.
Berosus.
Nost.
Boethus Seuerinus.
Externi.
Callimachus.
Carcinus tragœdiarum poeta.
Nostri.
Caluus poeta.
Catullus.
Cato.
Caius iuris ciuilis autor.
Caper grámaticus.
Carminius.
C.Cæsar.
C.Flaccus q scripsit indigitamenta.
Cælius historicus.
Externi.
Castor.
Callisthenes.
Callias qui res Agathoclis historia cō plexus est.
Nostri.
Celsus iuris ciuilis autor.
Censorinus.
Exter.

Cephalo gergythi⁹
Charax.
Charon lápsacenus
Chærilus Atheniensis tragœdiaꝝ poeta.
Chæris.
Chrysippus.
Nostri.
Cicero.
Cincius.
Exter.
Clidem⁹ historiarū scriptor.
Cleanthes.
Clemens Sidonius.
Nostri.
Cornificius.
Cornelius labeo.
Columella.
Exter.
Conon Heracleæ scriptor.
Cosmes.
Crates.
Nost.
Curiatius.
Exter.
Damastes.
Democritus.
Demon.
Demosthées orator
Demagoras Samius
Diocimus q Herculis certamina græce scripsit.
Dionysius Apher.
Diodorus.
Dionysi⁹ milesius q scripsit argōautica
Didymus grammaticus.
Dion Caletianus.
Diocles.
Dion prusieus.
Dositheus.
Nost.
Donatus.
Exter.
Duris Samius.
Nost.
Egnatius.
Exter.
Egesander.
Egesippus.
Elius græcus autor.
Empedocles.
Nost.
Ennius poeta.

Exter.
Epaphroditus.
Epimenides.
Epigenes.
Ephorus.
Epicurus.
Eratosthenes.
Eustathius.
Euphorion poeta.
Eurypides.
Euhemerus messenius.
Eumelus corīthius
Eubulus.
Eusebius.
Nostri.
F.Quintilianus.
Frontinus.
Fulgentius.
Exter.
Harpocration.
Hesiodus.
Hecatæus.
Hellanicus.
Herodotus.
Herodorus.
Heraclides pōticus.
Heracletus.
Hermias platonic⁹
Hermipp⁹ q de fide nib⁹ græce scripsit.
Hero mathematic⁹
Herodianus.
Hister q d tragædia
Hippias delius.
Nostri.
Higynus.
Hyllus q de diis op⁹ condidit.
Hieronymus.
Exter.
Homerus.
Hosthanes.
Horus.
Idomeneus q Troica scripsit.
Interpres Lycophronis.
Interp̄tes Apollonii
Interpres Arati.
Innoiatus Homeri interpres.
Interpres Nicandri: quem pro diphilo quidam citant.
Ion dithyramborū poeta.
Ioseppus.

Isagoras historicus.
Iuba rex.
Nostri.
Iulianus cæsar.
Iulianus iuris ciuilis author.
Iuuenalis.
Iulius Maternus.
Exter.
Leon.
Leppidus qui græce scripsit epitomen historiarum.
Lycophron.
Lycus regin⁹.
Lycus qui Thebanā scripsit historiam.
Lycis.
Lucian⁹ Samosatænus.
Nostri.
Lucretius.
Lucilius poeta.
Lucanus.
Lutatius placidus.
Manilius cuius meminit Plinius.
Martialis.
Macrobius.
Martianus capella.
Externi.
Menander.
Metrodorus.
Menelaus.
Nost.
Minuti⁹ felix.
Exter.
Mnasæas patareus.
Nost.
Modestus.
Externi.
Musæ⁹.
Nearchus.
Nicander.
Nicocrates.
Nicanor.
Nicator q de nomēclaturis oppidorū græce scripsit.
Nicolaus damascenus.
Nostri.
Nigidius figulus.
Opilius.
Externi.
Oppianus.
Orphe⁹.
Nostri.

Oratius.
Ouidius.
Pacuuiꝰ.
Externi.
Pamphos añ Homeri tempora poeta.
Pallas q mithræ mysteria græce scripsit.
Partheniꝰ q de amãtibus.
Panyasis qui cecinit Heraclea.
Parmenes.
Pausanias.
Petellides gnosius.
Nostri.
Persius.
Petronius arbiter.
Externi:
Phanodicus.
Phanocles poeta.
Pherecydes.
Philo.
Philistꝰ.
Philostephanus.
Philochorus:
Philoxenus.
Philostratus.
Philetas.
Phileas.
Phocyllides.

Pindarꝰ.
Pisides.
Nostri:
Piso.
Externi.
Pythagoras.
Pythocles.
Plato.
Plinius auunculus.
Plinius nepos.
Plutarchus.
Plotinus
Polemõ.
Porphyrius phus.
Polycretus qui res siculas cecinit.
Nostri.
Pomponius mella.
Pomponius iuris ciuilis autor.
Proculus qui item.
Propertius.
Probus grãmaticus.
Priscianus.
Prudentius.
Externi.
Praxillas
Proxenus.
Procopius.
Qui Thebaida græce scripserunt.

Quintus poeta:qui in Iliade cõsumanda successit homero.
Nostri.
Q.Curtius.
Rhemnius Fanniꝰ.
Exter.
Rhianꝰ.
Nostri.
Sallustiꝰ.
Externi.
Scamnõ.
Seleucus
Semus delius.
Serapion ascalõites
Seuerianus.
Nostri.
Seneca phus.
Seneca tragœdiaꝝ scriptor.
Sestius.
Serenus Sãmonicus
Sedulius
Sext.põpeius Festus
Seruius Honoratus.
Silius Italicus.
Externi.
Sibylla.
Simonides.
Silenus.
Socrates.

Sophocles tragœdiarum poeta.
Sophron mimographus.
Sostratus qui res tuscanicas scripsit.
Sositheꝰ:
Nostri.
Solinus.
Statius.
Externi:
Strabo.
Stephanus qui gentes exponit.
Suidas historiarum scriptor.
Suidæ monumẽta.
Nostri.
Tertullianus.
Externi.
Theætetus.
Theopõpus.
Theocritus:
Themistius.
Theagenes qui d rebus macedonicis scripsit
Thrasibulus.
Thoas poeta.
Thucydides.
Timagnetus.

Timæus.
Timonax qui scythica scripsit.
Nostri.
T.Liuius
Tibullus
Trogus pompeius.
Tranquillus.
Externi.
Triphõ.
Nostri.
Varro:
Valerius maximus:
Valerius flaccus.
Vergiliꝰ.
Verrius flaccus:
Vegetius.
Vitruuius:
Vlpianus iuris ciuilis autor.
Externi.
Xanthus Lydius:
Xenagoras.
Zeno stoicus.
Zenodotus.
Zenobius Hadriani temporibus rhethor qui Didymi Tarrhæiq prouerbiorum fecit Epitomen:

Hactenus Autores adiiciendos curauimus:ut quibus doctorum præsidiis uallati simus: omnes intelligant:

In quibus non conuenit Iano cum cæteris interpratibus apud alios autores: quorum locos obiter explicauit.

Apud Papinium Statium.

Apud Ouidium.

Apud diuerſos Poetas.

Apud Tibullum.

Apud Propertium.

Apud Martialem.

Apud Ciceronem.

Apud diuersos autores.

Quoniam uero nemo tam Lynceus est quin eum nõ aliqua menda fugiat: ecce nũc addimus paucos hos Impressoris errores: qui nos in prima recognitione latuerant.

In indice autorum desunt Ausonius Trebellius: & Eutropius. In epistola ad Catellianũ. Sanctissimos mores: emenda. Sanctissimi. in margine. yi. paginæ: factum. fatum.

Crebras interrogatiunculas. cræbræ interrogatiunculæ: li.

Amianus: ac nus. ultimæ duæ syllabæ redundãt. xlyi.

Si suam fidem: ut grammaticis obsequamur: scribe eorum. quáuis & illo etiam modo legatur. xxix.

Deinceps alia per ordinem litterarum: quæ tibi sane constabunt: si ceperis adnumerare numeriq; notas adiicies: a prima pagina Carminis Claudiani.

¶ Habes iam nostras in Claudianum Lucubrationes Catelli ane: serius fortasse q̄ uel tu putaras: aut ego uoluissem: ob acerbissimum luctū quem imaturus obitus. M. Antoni nostri nobis attulit. qué ego: propt er elegantiam morum: secūdum te diligebam. Erat. n. (ut scis) egregia corporis indole: uegetioris ingenii puer & memoria singulari. quōq; quartum decimum annum uix totidem diebus excederet: in qua ætate: uel ut in tenellis arboribus: contenti floribus esse solemus: ipse maturos pene uirtutum fructus: producere nobis iam cœperat. ut non dubitaremus Augustanorum familiæ: quæ hac in urbe honestissima est: Auiq; Rubreni summi uiri: Sed imprimis Io. Angeli parentis sui: cum cæteris corporis & animi ornamētis: tum principis amicitia clarissimi: splédorem: uel (quod ipse pater optabat) superaturum: uel certe quod nos considerabamus: assequuturum. Non igitur potui non eius morte magnopere moueri: & qui me dum uixit religiosissime coluit: & excedens non exiguam studiorum nostrorum spé secum abstulit. ut hoc elegidio q̄sti sumus: quod: ut a dolente confusoq; scriptum: lege q̄so cum uenia.

Tene etiam Rubrene puér Mors improba nobis
  Surripuit? tantam nec uerita inuidiam est?
Ausa ferox stygio præcludere lumina somno?
  Lumina ledæis æmula sideribus.
Non illam latias graiasq; exculta per artes
  Lingua? nec arguti pectoris ingenium?
Non mouit studiosa manus perarare tabellas
  Docta? notisq; apices ducere præpetibus?
Quid te sæua iuuat producere funus acerbum?
  Et uitam primis rumpere staminibus:
Forsitan emenso uisus tibi serior æuo est?
  Dum menses animi dotibus adnumeras?
Quo geminū sub fronte iubar? Quo lactea Ceruix?
  Et coma uix Phœbi crinibus inferior?
Quo mores abiere pii? quo mentis acumen?
  Quo tenera uirtus indole præquoquior?
Omnia (proh) cæco mersit libitina barathro:
  Totq; bona obscuras uertit in exequias.
Editus ecce mihi labor est in carmina Claudi.
  Nec leget (heu) uita Marcus amabilior.
Non tamen efficiet quin mecum Marce legaris:
  Vtq; tuum nomen defluat ex animo.
Illa licet tulerit mortalia membra caduci
  Corporis; atq; animæ perpetis exuuias.
Post obitum uiues: properataq; fata superstes.
  Et uincet de te secula pars melior.
Non q; uterq; parens ingenti mole sepulchrum
  Condat: & alta tuos urna tegat cineres:
Marmora tempus edax: & busta superba uetustas
  Sternet: & artis honor sentiet interitum.
Sed quia te doctæ deflent monumenta Camenæ.
  Certatimq; tuos scribitur in titulos.
Suspiciet te phama loquax: seriq; nepotes:
  Canaq; uenturo tempore posteritas.

REGISTRVM OPERIS.

Omnes sunt terni. preter I qui est duernus. & a a qui est quaternus.

A. IANVS PARRHASIVS CATELLIANO COTTAE MEDIOLANENSI PATRICIO.

¶ Vide quãta uis in bonis artibus sit Catelliane. Quom multos omnis ordinis ætatisq; discipulos ha-
beam morum gratia carissimos: noster in te tamen amor præcipuus est & singularis. non adeo sane: q
tuis facultatibus æque ac meis utor: quam q admodum prætextatus: tanta bonæ frugis argumẽta cot
tidie præbes: ut quæ in aliis indoles appellatur: maturæ in te uirtutis speciem præseferat. eoq; mihi gra
ta tua fuerunt officia: q abs te ita instituto proficiscebantur. alioqui uetus apud græcos adagium non
exciderat: ουτε πᾶντα: ουτε πᾶντοθεν: ουτε παρὰ πάντων: nec omnia: nec passim: nec ab omni-
bus. Refert: mihi crede: refert: & quidem maxime: quam quis originem generis sortiatur. Nam ut ani-
mi plærũq; labes: sic & honestamenta morum: interdum cum uita simul emanant in posteros. An si qs
non rudis aut iniquus omnino iudex. L. Cottam auum tuum norit: qualem se in omni uitæ colore do-
mi forisq; præstiterit: quibus honoribus in sua rep. functus sit: qua pietate deos colat: qua prius deniq; L. Cotta
patientia clarissimi uiri Catelliani parentis tui: mox Alberti nepotis sui fratris tui: immaturos obitus tu
lerit: & nunc aduersam ualetudinem ferat: ut dolori resistit: ut erumpentes gemitus premit: ut incredi-
biles cruciatus immotus tacitusq; trãsmittit. C. illum Cottam uirum triumphalem: Pont. maximum: C. Cotta
uestræ domus autorem se uidere non putet? Neq; uero minores eloquentiæ fructus in patre tuo Catel
liano ciuitas hæc amisit: quam libertatis in uestris olim gentilibus: seniore Catelliano: Alberto: Innocẽ Catellian9 Cotta
tioq;: quibus pro comunibus patriæ fortunis oppetita mors: diuturniorem apud hominum memoriã
uitam peperit. Quam peritus priuati iuris & publici pater tuus: quãtum rerum: quantum Exemplorũ:
quãtum antiquitatis tenebat? Nihil erat quod quis uellet addiscere: quod ipse docere nõ posset. Aequi
iustiq; seruantissimus: aduersus duas capitales hominum pæstes: auaritiam: & ambitionem inuictum Albertus Cotta
animum gessit. Per eadem uestigia Albertum germanum tuum pari gradu incedẽtem: e medio rerum
cursu mors importuna surripuit. Sed nihil iam queror. modo te nobis & alterum fratrem Hieronymũ:
rebus gerendis ac bellica uirtute iuuenem: qua parte uoluit: eminentissimum: non inuideat. qui multo Innocẽtius Cotta
rũ desideria satis estis explere. Quid enim laudis: gloriæ: splendoris: in maioribus uestris unq̃ fuit: quo
rum perpaucos similes: & hæc urbs & olim Roma tulit: in quo uel præsenti fide: uel certissima spe non Hierony-mus Cotta
respondeatis? Omitto corporis dignitatem: quam licet omnes in uobis pene diuinam suspiciant: ipsi ta
men quia morbo uel tempore deflorescit: nec nostra nec animi est: iter uera bona nõ ducitis: ac ut obla
tam non sperninis: ita profecto non admiramini. Sanctissimos uero mores: ingenium: memoria: studiũ:
dicendi copia: quem non excitarent: ad uos amandum? Versus & epistolæ quas tu (cuius hoc proprium
munus est: nam de fratre cõmodius alibi) cottidie meditaris fidem nostri sermonis absoluunt: in qbus
opulentiam Ciceronis: florẽte Cæcilii parsimonia temperas: ut in carminibus elegãtia Tibulli: Martia-
lis argutiam. ut ab illo tuo Cotta: cuius nomen supprimere piaculum Naso duxit: absuturus non uidea
re. Vererer adulatiõis suspitionem: nisi tale iam specimen de te dedisses: ut potius multoq; magis uerẽ
dum mihi sit: ne iis qui familiarius te norunt: malignus aut infans oĩno uidear. sed obsequendum tibi
fuit: qui recte facti conscientiã satis esse cõtendis. At illud non prohibebis: quin ego tibi pro tãtis erga
nos meritis aliquid gratiæ referam καὶ βῶλος (ut aiunt) ἀρουρᾶν. Scio te gẽmas & auri munera nõ
expectare: qđ in amplissimis opibus tua fortuna non exigit: & reculæ nostræ nõ patiunt. Accipe nũc igi
tur enarrationes in Claudiani raptũ Proserpinæ: quas tuo nomine susceptas (ut scis) anno maturius ab
soluimus: tibiq; dicamus: pietatis erga præceptorẽ tuæ: beniuolentiæ uero erga te meæ perpetuũ testi-
monium. quas si per ocium lectitaris inuenies in iis permulta nostris ignota: quæq; tibi eruditionẽ uo-
luptatemq; afferent haud mediocrem. Nec obscure percipies: me tibi: ut uiua uoce: sic etiam scriptis p-
desse uoluisse. Bene Vale & Ianum tuum ama. Mediolani. yii. Calend. Ianuarias. M.D.

CL. CLAVDIANI VITA PER. A. IANVM. PARRHASIVM.

¶ CL. Claudiano poetæ: simile quidam contigit quod Homero. quippe quem sibi ciuem nõnulli uẽdi-
cant: & imprimis Hispani ac Florentini: qui dubia diu uictoria certauerũt. nos Aegypto adiudicamus:
ex eius ad Hadrianũ uersibus.

Audiat hoc comune solum: lõgeq; carinis
Nota pharos: flentẽq; attollens gurgite uultum
Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

Et ad Gennadium procons.

Graiorum populis & nostro cognite Nilo. Vbi nostro Nilo sic ait. ut Martialis ad Licinianũ Nostræq;
laus Hispaniæ. sed & Suidas Alexandrenum fuisse tradit: & Apollinaris Sidonius hoc endecasyllabo.

Et pelusiaco satus Canopo:
Qui ferruginei toros mariti
Et musa canit inferos superna.

Romanis principibus Arcadio Honorioq; quos in uita coluit: acceptus fuit: amplissimis ab utroq; mu
neribus honestatus: & statua. cuius basis in foro Traiani cum hoc Ellogio inuenta est.

CL.CLAVDIANO.V.C.TRIBVNO ET NOTARIO.

INTER cæteras uigentis artes prægloriosiſſimo poetarum. Licet ad memoriam Sempiternam Carmina ab eodem ſcripta ſufficiant: adtamen teſtimonii gratia ob iudicii ſui fidem. DD.NN. Arcadius & Honorius feliciſſimi ac doctiſſimi imperatores: ſenatu petente: ſtatuã in foro Diui Traiani erigi collocariq̃ iuſſerunt.

ΕΙΝ ΕΝΙ βιργιλιοιο νοον
Και μουσαν ομηρου
Κλαυδιανον ρωμη και
Βασιληs εθεσαν   Id ad uerbum latine ſonat
In uno Virgilii mentem: & muſam Homeri:
Claudianum Roma & Reges poſuerunt.   Nobis ita placuit interpraetari.

Mœonidæ cui mens Claudi: cui Muſa Maronis:
Hanc tibi cum Roma Cæſar uterq̃ dedit.

¶ Ad hanc ſtatuam alludit ipſe in præfatione belli Gethici pro Stilicone. Sed prior effigiem tribuit ſucceſſus amænam. Oraq̃ patricius noſtra dicauit honos: annuit hic princeps titulum poſcente ſenatu Reſpice iudicium q̃ graue Muſa ſubis. & paulopoſt. Quod legimur medio cõſpicimurq̃ foro. Multa ſcripſit: quæ quoniam ſunt in manibus: non eſſet ocii noſtri ſingula recenſere. ſed: ut ſequẽs indicat epigrãma: nouiſſime de raptu Proſerpinæ libros quatuor. ultimum tamen aut nõ abſoluit: uel iniuria temporum deſideramus. eius argumentum quoniam fictum eſt: de fabula primum dicere ab re nõ erit.

Fabularum Genera

¶ Fabularum genera Macrobius plura tradit: & in iis illud qđ Philoſophi non reiiciunt: in quo ueritas per compoſita quædam fictaq̃ profert. ut Sacra Cereris & huiuſmodi Cerimoniæ. quas ideo noſtri maiores abſoluta ſimpliciq̃ narratione non prodiderunt: quia ſcibant inimicã eſſe naturæ apertã nudãq̃ ſui expoſitionẽ. Ceres igitur (ut apud græcos Porphyrius interpræta[tur]) feracis ac plani ſoli uim deſignat: ut montani lapidoſiq̃ Berecyntia: quã nos Opem dicimus: feminũ uero bona dea: quæ alio uerbo Proſerpina nominatur. Hanc Pluto rapuit: quõ Ceres officii gratia Berecyntiã conueniſſet: nã quãlibet uberes agri: ſi per neglectum uel alia quauis de cauſa: in glaream ſcrupoſæq̃ terræ naturam tranſierit: iniectum ſemen ĩmoritur: nec niſi magno cum labore reparatur. quod in Cereris errore repræſentabãt. Poteſt & ad alios ſenſus trahi: quos prudenter ſtudio breuitatis omittimus. In Sicilia res ideo geſta fingi[tur] q̃ illic (Si Diodoro credimus) primo triticum ſponte prouenit. & hoc eſt ipſius poematis cũ phyſica ratione argumentum.

Carminis Genus

¶ Carmen: elegiacum genus habet & heroicũ: cuius inuentionẽ Plinius Apollinis oraculo tribuit: Pauſanias interdũ Phœmonoæ: q̃nq̃ Oleno cuidã. quẽ primũ poetam extitiſſe Boeo uates pythia profeſſa ſit: a quo ſcriptas Lucinæ laudes Deliaci canebãt. Elegorum uero origo ĩcerta eſt: ut inq̃t Flaccus. inſtitutos tamen ĩter oẽs conſtat deflendo deſiderio mortuorum: moxq̃ ad amores eſſe traductos. ſed nomẽ retinuerunt a miſerabili cantu quẽ olim fundebant ab ελεειν qđ eſt miſereri. Nõnullis ab Theocle naxio: ſeu magis Erythræo manaſſe placet: dum per amoris inſaniã uociferaret: ε̃ι ε̃ι ε̃ι. Alii ab ea qđẽ particula dictã non negant: uerum quã non Theocles ſed phrygiæ rex Midas emiſerit: quõ parenti iuſta perſolueret: adiectiſq̃ aliquot l̃ris inde elegiã uocitatã. quod ſi fit: dubiũ non relinquitur: cur Ouidius priores duas ſyllabas in eo uerbo produxerit. ε̃ι quippe interiectio qua dolentis affectus apud græcos exprimitur: diphthongo protrahi: notius eſt: q̃ ut a nobis oporteat indicari. Nec deſunt qui nominis rationem ab ελεγειρειν græco uerbo deflectant: quod inſanire ſignificat: quia commotæ mẽtis Theocles id carmen effuderit. ut ante diximus.

Præfationis Argumentum.

¶ Grandioribus atq̃ iuſtis operibus aliquid ſtilo remiſſiore præludere: uetus inſtitutum fuit: eorum qui non cruda in medium ſtudia propellebant. quorum naſcentis adhuc eloquẽtiæ rudimenta non inuiti lectitamus. Hac Cicero: Maro: Papinius: & quoſcunq̃ ueneramur iere. eadem ſe Claudianus inceſſiſſe profitetur. ac ut is qui primus mare tentauit: a littoribus quæ principio linquere non audebat: uſu confirmatus: alto ſe demum credidit: ita nunc inquit diu multũq̃ leuioribus in ſtudiis ego uerſatus: ad heroicam maieſtatem: confidentius fortaſſe: ſed non imperitus aſſurgo. nam totus huius carminis ſenſus a metaphora colligendus eſt.

ℭA. IANI PARRASII COMMENTARIVS PRIMVS. IN RAPTVM PROSERPINAE CL. CLAVDIANI.

ℭInuenta secuit primus qui naue profundum. Maria nauibus adire Phenicas istituisse: Mella Pomponius autor est: & Tibullus. Prima ratem uentis credere docta Tyros. Dionysius Apher Aegyptios. nisi quis eosdem cum phœnicibus accipiat. quod non placet. Neptunnum Diodorus in Creta. Hesiodus in Aegina Mirmydonas. Alii tradiderunt Erythran in Mari rubro: quod ab eius etiã nomine memoratur. Alii Mysios: quom transirent aduersus Thracas. cuius expeditionis meminit & Acarion. sunt qui Danaum scribant: ex Aegypto profugum in Achæam naue delatum: quæ post hominum memoriam prima fuerit Mineruæ opus: ut fabulose refert Hellanicus. Iasonem longa naue primum nauigasse: Philostephanus ante Plinium retulit. is q̃ cæteri longius progressus inuentionis huius in se gloriam transtulit. Charax tamen Iasonem non una tantum naue: quod alii prodiderunt: Sed classe Colchos ingressum cõtendit, ac ex iis aliquot errore actas Eniochos græcum genus in ponto propagasse. Porro nauigandi peritia: quanquam non statim nec ab uno: sed a multis: diuersis etiam temporibus absoluta fuerit: arti tamen: a q̃ profecta sunt: omnia poeta tribuit.

Nauigatio prima.

CL. CLAVDIANI: IN RAPTVM PROSERPINAE PRAEFATIO.



NVENTA SECVIT PRI
mus qui naue profundum:
ET RVDIBVS REMIS
sollicitauit aquas
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum
Quas Natura negat: præbuit arte uias.
Trãquillis primum trepidus se credidit undis:
Littora securo tramite summa legens.
Mox longos tentare sinus & linquere terras.
Et leni cœpit pandere uela noto.
Ast ubi paulatim præceps audacia creuit:
Cordaq; languentem dedidicere metum:

ℭInuenta. Excogitata. quippe inuenire & repperire: hoc inter se distant. quod alterum studii est: alterum fortunæ. Inachus apud Ouidium. Tu non inuenta reperta es. ℭProfundum. Mare. uel ab imo uadorum fastigio. uel a summo: nam & æquor altum dicitur: & profundum sublime. Vergi. Aeneid. primo. Maria ac terras cælumq; profundum. ℭRudibus. non elaboratis. nam priusquam remum Copæ inuenirent: quibuscunq; Contis nauigia subigebant. Ad ipsos homines etiam referri potest: qui tum nauigationis experti satis non erant. Ouidius. Vela dabat uentis nec dum bene nouerat illos Nauita. ℭSollicitauit. non aliena uerbi significatio est. ut quidam putant. nam qui terram uertit sollicitare proprie dicitur. Tibullus. Et teneram ferro sollicitauit humum. uerbum componitur ex solo Citoq;: quod (ut Festo placet) est moueo. Solum uero Maris etiam nomen est. Vergi. Subtrahiturq; solum. ℭAusus. hoc ait. quoniam rem arduam & inconcessam tentauit. Oratius primo Car. Impiæ non tangenda rates transiliunt uada: Audax omnia perpeti gens humana: ruit per ueritum nefas. ℭAlnum. nauem. Claud. libro secundo. Missamq; pado qui remigat Alnum. Quippe Fluuialis arbor est alnus apta nauigiis: q aquis obruta diu non corrumpitur. autor Vitruuius. Alnos in sola Creta steriles non esse inter naturæ miracula retulit Aristoteles. ℭFlatibus uentis. de quibus Strabo. Plinius: & Gellius satis multa. ℭDubiis. incertis. q iidem semper non spirant: & qui se uentis committunt in dubio uitam habent. Innotuit & illius philosophi scomma: qui quopiam percontante; uiuentes ne plures essent an mortui? nauigantes inquit utram in partem ponis? Et Iuuenalis. I nunc & uentis animam committe: dolato Cõfisus ligno: digitis a morte remot⁹ Quattuor: aut septẽ si sit latissima teda. ℭNatura. Zeno statuit ignẽ esse naturam quæ quicq; gigneret & mentem atq; sensus. Seneca nõ aliud esse q̃ deum: qui nobis solidum & ad nos sustentandum idoneum elementũ terram dedit: nostra tñ improbitas ĩ alienas sedes irrupit: aut natura. s. humana. non. n. ea condirione nati sumus, ut per aquas ingrediamur. De natura copiosius huius operis. iiii. ℭLegens. pressius adnauigãs: & remo radẽs. Verg. Primi lege littoris orã. qppe nautæ trãsmisso p man⁹ fune aspa loca traiiciũt. Idq; legere dicũt: ut docet Serui⁹. ℭLittora summa. Maris & terræ confinia. Est aũt littus quo maximus fluctus hybernus peruenit. Itaq; M. Tullius arbiter assumptus olim constituit, ut iuris ciuilis autor Celsus refert. ℭSinus. Littorum flexus: & oras interius recedentes. quas græci κόλπους appellant. ℭNoto. uento. species pro genere. nota figura. is Hauster latine dicitur ab hauriendis aquis: ut quidam tradunt: quoniam nebulosus atq; humectus est. eadem græci nominis ratio. nam νότις humor apud eos appellatur. ut monet Gellius. ℭAudacia pceps. in cauta: quæ pensi quicq̃ nõ habet: & omnia temere aggreditur. ℭDedidicere. Discere cognitionis est. Ediscere memoriæ: cui si quæ mandamus excidunt: tũ Dediscimus. Ouid. in ponto. Dedidici iam bona uerba loqui. ℭLanguentem. qui torpore nos alligat & ignauos reddit. ut dolosus apud Persium Nummus: qui mortales ad nectendas fraudes impellit. Ob id a Phocyllide sub auri nomine detestatus.

Inuenire
Reperire
Profundũ mare.
Sollicitare
Alnus.
Nauigationis piculũ.
Natura qd
Legere qd
Littus.
Hauster.
Notus.
Discere
Ediscere.
Dediscere.

Vergilii uita p Aeliũ Donatum

Aegeus sinus unde.

Ionium Adriaticũ.

¶ Vagus. Errans. quæ nauigãtibus apta uox est. Aelius Donatus in uita Maronis. Orestes circa Siciliã uagus. Aelius inquam Donatus non Seruius. ut uulgo fere creditur. Sed Donati iam titulo nostra ætate gatione Minutianus impressit. ¶ Irrupit. Contra naturæ fœdus inuasit & penetrauit. ¶ Pelago. in altũ. in hac elocutione frequens est Maro. palmas cælo cum uoce tetendit: & It Clamor cælo. ¶ Cælumq; secutus Maiores (ut hodieq;) Nauium cursus ad siderum rationem dirigebant: ut testis Homerus est, & Tibullus: Ducunt instabiles sidera certa rates. ¶ Aegeas hyemes. Aegæus sinus ab Aegis Acheæ nomen accepit: seu quod Straboni magis adulatur: ab ægis Eubœæ. Varro: Solin⁹: & Martianus: ita uocatum putant: a scopulo qui in eo nauigantium: prospectu aig. i. capra uideatur. eius apud pacuuium mentio fit.

Iam uagus irrupit pelago: cælumq; secutus
Aegeas hyemes: Ioniumq; domat.

Ad Aegas Acheæ præter nauigantium nemo maris tempestatem passus creditur: Neptunni præsentia. qui (ut Nicocrates ait) Illic impendio colebatur. Vnde factum mari uocabulum quidam uolunt. Quod ægæus uel (ut alii codices habent) Aegæon antiquum Neptunni cognomen fuerit: ut indicat Pherecydes & apud Lycophronem legimus. Idem tamen Nicocrates alibi ab Aegei casu deducit: qui se illuc ab arce Athenarum deiecerit: quod ut credamus Arx ipsa procul a mari sita non sinit. Adiicit & Festus aliam nominis rationem. Quod in eo Amazonum regina Aegæa perierit. Sunt & qui nomen inditum scribant quod ex eo γαῖα. i. Tellus quaqua uersum cernatur. ¶ Hyemes. maris æstus & tempestates. Verg. Iam ualidam Ilionei nauem: iam fortis Acathæ uicit hyems. Aegæum quippe Mare: quod Apher etiam Dionysius tradit: crebritas insularum reddit confragosum. Maro. Crebris legimus freta concita terris. ¶ Ionium. antea Saturnium dicebatur: post Ionium uel ab Ius errore: quod Lycophroni placet & Aeschylo: uel ab Ionio illyrici generis homine: ut in primo uigesimoq; Theopompus refert: uel quod in eo perierunt Iones: ut Archemachus arbitratur: Nonnulli tamen: ut tradit Eustathius: ita scribunt: Iaon Italus Adriæ pater fuit. a quo Sinus Ionius. qui mox ab Adria filio dictus ẽ Adriaticus. ¶ Domat. ab equis ad naues mutua translatio. Verg. Classiq; immittit habenas.

¶ Argumentum In primum Claud. De Raptu Proserp.

Pierius Hypsila Aeginensis concinnauit.
Dux erebi Pluto. molitur bella Tonanti:
Quod dulces natos: exoptatosq; hymenæos
Nesciat: exorant parcæ: ne classica pulsent
Rauca prius: q̃ grata Iouem connubia poscat.
Ditis Atlantiades celeres fert iussa per auras.
Audierat mandata pater: secumq; uolutat
Diuersos ducens animos: quæ tale sequatur
Coniugium patrui tandem Proserpina lecto
Damnatur. quam flaua Ceres (heu cœca futuri)
Aethere deserto: siculis commiserat oris:
Turrigeræq; petit Cybeles secura penates.
Accelerat præcepta Venus: iussuq; parentis
Pallas: & ipsa comes Veneri soror addita Phœbi.
Vt uentum ad sedes: plaudentem pectine tælas
Germanam offendunt: rediturææ munera matri.

¶ Libri Primi Periocha.

¶ Dicta poetæ uita: dictũ carminis genus ẽ: & quæ προλεγόμενα græci uocãt: restat qd hoc in libro cõtineatur exponere. Pluto qui Dispater & Orcus latine dicitur: iracũde ferẽs: q ex oĩbus diis uxorẽ nõ haberet: arma cõtra superos itẽtabat: Coactasq; ex inferni mõstris copias educturus ĩ Cælũ: parcaæ pcibus reuocatus ẽ. agitq; cũ Ioue de Cõnubio p Mercuriũ. Iuppiter ancipiti primũ deliberatione suspẽsus Plutoni tãdẽ Proserpinã decernit. Res Veneri cõficiẽda mãdatur. petit illa Siciliã Diana Mineruaq; comitibus: & dolo Proserpinã: p absentiã matris: occupat. Quid postea factũ sit sequẽs liber ostẽdet. Nos quid sub hoc fictionis inuolucro latere suspicaremur: antea diximus. M. tñ Varro sentit: ĩ Proserpina feminũ fœcũditatẽ repsentari: quæ quom quodã tẽpore defecisset: & terra quasi sterilis orbaq; mœreret exortã esse opinionẽ: filiã Cereris ab Orco raptã. quomq; id mortales publico luctu prosecuti fuissent: redditam longe post opulentiam alacres lætosq; excepisse: institutis sacris quæ Mysteria nominentur.

¶ Inferni raptoris. Orci. per quẽ uetustas (ut idem Varro docet) infimã mundi partem intelligi uoluit. quæ quom glebis obruitur semen quodam modo rapere uideatur. ¶ Af flata. caligine currus obducta. ¶ Tænario. Ditis inferni dei. Tænarus oppidi: portus: & promontorii Laconiæ nomen est. id Tænarus Elati filius a se dedit: ut Pherecydes in nono tradit. Ciuitas (ut est apud Pindarum) olim Neptũno sacra fuit. unde Tænarius a Propertio Neptũnus appellatur. Peruius illic ad manes specus ostentabatur: ut scribit Strabo. de quo Menander πυλητισ ἐστι ταίναρον προσεσχατία. hoc est. ostium quodã

Tænarus.
Tænarius Neptũnus

¶ CL. CLAVDIANI: DE RAPTV PROSERPINAE: LIBER PRIMVS.

INFERNI RAPTORIS equos: afflataq; curru
SIDERA TAENARIO: caligantesq; Profundæ
Iunonis Thalamos: audaci promere cantu
Mens congesta iubet. Gressus remouete ꝓfani.
Iam furor humanos nostro de pectore sensus
Expulit: & totum spirant præcordia Phœbum.
Iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri
Sedibus: & claram dispergere lumina lucem

Tænaro sub ultimo est. & Maro. Tænarias etiã fauces alta ostia Ditis. Sciẽs Placidi sententiã: quia nõ placet: omitto. ¶ Raptoris. qui ui ꝓserpinã rapuit & asportauit: de quo queritᷓ apud Ouidiũ Ceres ad Iouem. Neq; enim prædone marito filia digna tua est. ¶ Profundæ Iunonis. Lutatius ait Pythagoram duo hemispheria statuisse: e q̃s Superũ Ioui atq; Iunoni: inferꝫ diti & Proserpinæ tribuit de quo Claudianus intelligit. ¶ Thalamos. Connubium. Dido Nasonis in Heroidibus. Nescio quẽ thalamis præposuisse suis. quippe coniugale cubiculum Thalamus est: in quo uir & mulier θάλλουσιν hoc est prolem suscipiunt & germinant. Sed & uirginũ Thalamos i. ii. Metamorphoseõ idẽ uocat Ouidius Pars secreta dom⁹ ebore & testudie cultos Tris habuit thalamos: quoꝝ tu Pandrose dextrum. Aglauros læuũ: mediũ possederat Herse. Ad infernas etiã Proserpiæ sedes referri potest. eas apud Statiũ se uidere Mantho testatur. Stygiæq; seueros Iunonis thalamos & mœsta cubilia cerno. Thalam⁹ itẽ Thuriæ mons est: & sacer in eo specus ab indigenis Alusiæ cognominatus: ab Alusio ꝓximo amne: ut scribit Lycis. ¶ Mens cõgesta. Meditantis hoc est. ut animo plurima cõplectatᷓ: ac inde post eligat. idq; cogitare dicitᷓ. ut Varro docet. Aius: anima: mens: & consiliũ (Si Lucretio credimus) idẽ sunt: hinc Amẽs cui cõsilii copia non est apud poetas. ¶ Gressus remouete profani. a sacris Cereris ꝓfani uoce præconis excludebantᷓ: ut Tranquillus est autor: Idẽ laudes Apollini dicturus agit Callimachus. ἑκὰσ ἑκὰσ ὅστισ ἀλιτρόσ. id apud nos Vergil. interpretatᷓ. Procul o procul este profani. Quo uerbo nõ initiati significãtur: ut docet Seruius. eosdẽ Claudianus & eius pectus illabentis Apollinis: & initioꝝ: quæ toto ope celebraturus est reuerentia: nũc ablegat. ¶ Iam furor. Inest animis ut inquit Cicero præsagatio extrinsecus iniecta atq; inclusa diuinitus. ea si exarsit acrius furor appellatᷓ. quom a corpore animus abstractus diuino instinctu cõcitatur. Sed & poetæ corripi furore dicuntur: quom iustũ carmẽ effundunt. quod absq; numine euenire Democritus negat. Id quod ẽt Socrates apud Platonem differens constituit & affirmat. Nam suo iure dixit Ouidius. Est deus i nobis: sunt & cõmercia cæli Sedibus Aethereis spiritus ille uenit utrunq; poetæ cõuenit. ¶ Expulit humanos sensus. quodam quasi secessu mentis atq; animi facto a corpore: quod numine afflatis usu uenit. ¶ Phœbum. per epitheton Apollo Phœbus dicitᷓ: ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ. hoc est quod ui feratur. ut ait Cornificius: uel a specie & nitore. Nam græci φοῖβον purum & splendidum memorant. autor Macrobius. futurorum præsensioni & poetis præesse credebatur quoniam sentiendi uis omnis a sole nobis est. ut pluribus uerbis disputat Ammianus qui res a Iuliano Cæsare gestas historia complexus est. Iulianus enim solem superstitiosius coluit: & edita oratione laudauit. ¶ Spirant: anhelant. ¶ Præcordia. pectora quæ diuinus ille spiritus subit. Lucanus. Nec si te pectore uates accipiam: Cyrrhea uelim secreta mouentem Sollicitare deum. quippe præcordia proprie sunt mẽbranæ: quæ exta separant ab inferiore uiscerum parte sic uocata: quia cordi prætẽduntur: ut inquit Plinius. ¶ Iam mihi cernuntur. Aemulatio Callimachi: qui eadem se per furorem uidere profitetur. οἷα δ᾽ ὅλον τὸ μέλαθρον ἐσείσατο. idest. En Aedes ut tota tremit. ¶ Delubra. Delubra ligna sunt delibrata: hoc est decorticata rasaq; pro simulachris deorũ ueteri more posita: ut scribit Festus. Sunt & qui tẽpla esse dicãt singulis diis attributa: Delubra multarũ ædiũ sub uno tecto a diluuio pluuiæ munitarũ. Alii Delubra statuũt ea templa: i quib⁹ sunt Delubra corporum abluendorum: more Dodonei Iouis: aut Apolinis Delphici: in quorum delubris lebetes tripodesq; uisuntur. Nõnulli Delubrum accipiunt, ubi præter aedem sit Area assumpta deũ causa: ut erat i Circo Flaminio Romæ Iouis Statoris. seu locũ in quo dei simulacrum dicatum sit. ut a candela candelabrum: quod Varro probat. Superiora scribit Asconius: qui Pompeii quoque sententiam rettulit: sed damnauit. ¶ Tepidis. Emotis & euibratis. ab iis qui metuunt sumpta translatione: quibus turbatio trepit & mentem uertit. ut Festus ait. ¶ Claram dispargere lumina lucem. Si Phebi radios intelligas perspicuus sensus erit. Alii tedas accipiunt: quarum

Thalamus
Thalamus mons.
Alusius amnis
Profani a sacris Cereris excludebantur
Furor diuinus qui.
Furor poeticus.
Phœbus unde.
Sentiendi uis a sole
Præcordia
Delubrũ.

Cereris sacra | iactatione Cereris initia celebrabanť: ad repræsentādos eius errores: quæ facibus ex Aetnæ caminis ac
censis: filiam peruestigauit. ut tragœdiarum poeta scribit Carcinus. Papinius. in. i iii. Syluarum. Tuq;
Papinii locus. | actea Ceres cursu cui semper anhelo Votiuā taciti lassamus lampada mystæ. Qui uersus ab interpetre
dissimulatus: habet historiam. Quippe Diotimus (ut refert Timæus) quom præter Neapolim Athenien
sium classem duceret: reddito oraculo: Parthenopæ rem diuinam fecit: instituris etiam ludis Cerealib⁹
inquis discurrentes cū facibus operabantur: quos hactenus inquit Neapolitani solennes retinent: inde

Aduentum testata Dei. Iam magnus ab imis
Auditur fremitus terris. Templumq; remugit.
Cecropidum. Sanctasq; faces extollit Eleusis.

uotiuam lampadē Stati⁹ appellauit. apud
Sophoclē præterea Chorus in Rizotomis
(fabulæ nomē idest) ita loquiť. ἥλιε δέσ
ποτα καὶ πορ ἱερον τοῖσ εἰνοδίασ ἑκα
της. idest Phœbe regnator: Tuque triuiæ
Hecates | Hecates ignis sacer. ut Clau. utrunq; peri
Corona | te coniunxerit exemplo Sophoclis: qui sol' lumen & Hecates simul indigitat. Nec illud omittam. q̄ in
Deos utriusq; sexus participes | eadem Sophoclis tragœdia: Serpentum spiris & quernis frondibus Hecate coronatur. ℂ Aduentū te
stata dei. Apollinis. uel ut Ceres intelligatur legendū deæ. Sed & dei nihilominus defendi potest. quip
pe singulis quibusq; diis utrunq; sexum uetustas dedit. ut docet Seruius & longa disceptatione Macro
Atheniēsiū uetustas | bius. Caluus. Pollentemq; deum Venerem. de qua Vergilius Aenei. ii. Ducente deo flammam inter &
hostes Expedior. dant tela locum flammæque recedunt. ℂ Fremitus. hinnitus equorum Plutonis. Ver
gilius. per initia Georgicorum. Tuque o cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tri
denti. quo in loco prima tellus (ut hoc obiter enodemus) absolute littus accipiendum non est. Atheniē
ses enim primam omnium suam terram: seque primos homines prædicabant. de generis antiquitate
Ver. locus | cum Argiuis certantes ut est apud Pausaniam. nam primæ ciuitatis autores uideri utriq; uolebāt. quo
rum Athenienses suam urbem per excellentiam Asty nominabant: ut ueteris Comædiæ poeta testis est
Aristophanes: & Attidos primo Philochorus: quiq; gentes exponit Stephanus. innuit & Aristides. quod
eo magis miror a Seruio prætermissum: quo rei nō inscium fuisse ex iis eius uerbis licet coniicere. Anti
qua nobilis (inquit) Nec enim noua esse potest. Licet primam terram suam esse dicant Athenienses. hæc
Statii loc⁹ | in primo Aeneidos commentario Seruius. hinc in Thebaide Papinius libro. xii. Phama minor factis. ip
sos nam credere dignum Cælicolas: Tellus quibus hospita semper Athenæ Ceu leges hominemque no
uum: ritusq; sacrorum: Seminaque in uacuas hinc descendentia terras: Sic sacrasse loco commune ani
Ver. locus | mantibus ægris Confugium. Nam quod indigenas se iactarent: Iosepus memorat: & Thucydides. Is ait
Athenienses ex auro cicadas in capite gestare solitos. ut eo argumento se terra genitos indicarent. hūc
sane morem: Vergilius in Ciri (quod poematis nomen est) expressit iis uerbis. Aurea sollenni comptum
Mopsopii qui | quem fibula ritu Mopsopio: tereti nectebat dente cicadæ. Quippe Nisus de cuius capillo poeta loqui
tur (ut tragœdiarum scriptor Sophocles autor est) Pandionis filius fuit: ex attica. Male qui deprauatum
secuti codicem: pro Mopsopio corpselæ legunt: & a loco qui nihilo magis q̄ respublica Platonis extat:
eburneam suspicantur. Athenienses uero Mopsopios appellatos non a uate: Sed ab alio quodam Mop
so docet Strabo. Alii ab Oceani filia Mopsopia de qua Suidas. ℂ Templumq; remugit Cecropidum.
Cecrops | Cecrops (ut fabulosa tradit historia) Terræ filius fuit. Nam uetustas (ut Minutius Felix ait) obscuros &
Athē. rex | quorum parentes ignorarentur prognatos terra fingebat. Et Cecrops (ut autor est Charax) Athenas ex
& cur geminus. | Aegypti oppido Sai profectus est: is græcorū consuetudine quō barbaros & inconditos mores emollis
set: gemini cognomentum sortitus est: ut contra Cadmus: quom Thebis: ob Lini cædem profugus in
Cadmus ī anguem. | Illyricum concessisset (ut tradit Zenobius) uersus in anguem dicitur: q̄ a pristina mansuetudine ad bar
baram immanitatem desciuit. Hanc uero de Cecrope opinionem: q̄ latetum tenus homo: in serpētem
uersus quare fingatur | desineret: in uulgus manasse Demosthenes arbitratur. quoniam ubi consulto opus erat prudentia: ubi
facto: uiribus & audacia præstaret. Eusebius: q̄ utraq; lingua: græca Aegyptiaq; commode loqueretur.
Connubiū primum. | Alii cum Trogo: quoniam autor connubii primus extitit. quomq; uaga prius uenere matres tantūmo
do mortales nossent: inuentis nuptiis duplici quasi natura: maris & fœminæ homines constare docue
Actæon. | rit. Nonnulli. quod ingenti corporis indole: duum simul hominum staturam solus impleret. Acteonis
Acticæ rex | eius qui primus in Actica rerum potitus est: filiam duxit uxorem: defunctoq; in regno successit quo tē
pore uini usus hominib⁹ nondum notus erat: ut scribit Eubulus: Ideoq; manalem aquæ urceum tenēs
in cælo figurať: ut est apud Higynū. Athenis in arce sepultus iacet: ut refert Antiochus in nono histo
riaᵣ. a quo Cecropidæ Atheniēses ut a Romulo Romāi Romulidæ: Ver. Aene. yi. Tum pēdere pœnas
Eleusis. | Cecropidæ iussi. Nunc Eleusiná Cererē nō ītelligo: sed ædem quæ nō procul Athenis uia quæ Phaleriū
Alexādriæ uicus | ducit occurrebat ut discimus ex pausania. ī qua statuæ uisebantur: Ceres ipsa: & filia: & facem præferēs
Bacchus: Praxitelis opera: ut titulus indicabat: eius Aristophanes in nubibus meminit: & Herodotus.
Eleusis. | ℂ Eleusis. Eleusis Alexandriæ paruus uicus: propterea nō negligēdus. q̄ litteras illic Callimachus poe
Acticæ populus: & urbs. | ta didicit: ut legimus apud Suidā. Eiusdem nominis acticæ populus ē: ex ea tribu: quæ Hippothoontis
appellatiōe censetur: ut refert Stephanus. Est & urbs ab Eleusio memorata: quē suspitio ē Mercurio &
Parae Oceani filia prognatū: alii Ogygē patrē finxerūt: ut Pausanias autor ē: Eleusine Cereris mysteria

celebrabantur cognomento & re maiora: Sicut Agris (qui & ipse locus est Acticae) minora pserpinae: in Herculis gratiã instituta: cũ is initiari efflagitaret: idq; in maioribus per leges Eumolpi: qui Atheniẽses imbuit religione: nõ nisi ciuibus & indigenis liceret: ut scribit Hister: innuit & Aristophanes: In minoribus mense Nouẽbris operabant: ut in maioribus Iunii. Ita ut inter utrũq; tẽpus circiter uno anno interesset: ut discimus ex Plutarcho. ¶ Extollit. erigit. ¶ Sanctas faces. Opertas initiorum lampadas. Nam sanctaria Mithridatis appellat Plinius: quae graece Plutarchus aporrhita: quippe quod omni obseruatione inuiolatũ est (ut Donatus ait) Sanctũ dicit. & sacrũ medicamen qd clã uulgo fit apud Ouidiũ. Tum pater ora sui sacro medicamine nati Contigit. nã sic Oui. carmẽ alibi Clau. expressit arcano perfudit robora succo: quo phaethon irrorat equos: quo luna iuuẽcos.

Mysteria Cereris & proserpiae: qn & ubi celebrabatur.
Sanctum
Sacrum

Angues Triptolemi stridẽt: & squãmea curuis
Colla leuant astricta iugis: lapsuq; Sereno
Erecti: roseas tendunt ad carmina cristas.
Ecce Procul ternis Hecate uariata figuris

¶ Angues Triptolẽi. Ceres amissa filia: quã pausanias: & eo prior Orpheus: in attica raptã scribit: in puteum quẽdã cecidit: qui floridus ab indigenis appellatus: i uia quae Eleusine Megara ducit religionis gratia mõstrabat. Aiuntq; ex eo loco anili specie deam: tanq̃ mulierem argiuam a Celei filiabus ad matrẽ perductã: Meganiramq; ei Triptolemũ filiũ alendũ credidisse: ut tradit Pãphos qui ante Homeri tempora poeta censet. Dea puerum igne p noctis silentiũ souebat: ut redderet immortalẽ: id quod in Achille Thetis etiã tentauit: unde Pyrsous Achilles primũ dictus est: ut cecinit pharsalius Agametor Sed excitata Menaline (nã sic ab aliis Meganira nominat) infantẽ extraxit. Dea uoto frustrata: saltẽ hanc alumno gloriã dedit: ut sationis usum mortalibus primus idicaret. Alii Triptolemi matrẽ nõ Menalinẽ: neq; Meganirã sed Deiopen uocant: cuius Elausine tumulum: quom fundamenta tẽpli Cereris effoderent inuentũ scribit Aristoteles. Liberos praeterea Triptolemus Gordyaeũ sustulit & Dulichiũ: quorum alter Gordyaeae urbi Syriae: alter Dulichio: uni ex Echinadibus insulis nomen dedit: ut graeco carmine Thoas cõplexus est. ¶ Angues. Longã nauem Philochorus suspicat: qua Triptolemus orbẽ lustrauit quõ fruges ostendit. ea forsan sic ab insigni appellata sit: ut exercitus Tãtali: qui Ganymedem rapuit: ut Phanocles cecinit: Aquila i uulgi sermone dicit: q eam auem in uexillo expressam habuit. ¶ Strident. Sibilant. alibi Claud. stridentia colla gorgonis. ¶ Squammea colla. serpentũ coria squãmis aspera sunt: instar pisciũ. Accius i Pelopidis. eius serpentis squãmae: squallido auro: & purpura praetextae. inde uerbũ squallere Macrobius & eo prior Gellius trahit. ¶ Astricta. iuncta. Legitur & attrita iubis utrunq; per se clarum. ¶ Lapsu. celeri cursu: & fuga. ¶ Sereno. trãquillo. nam turbationis: & alienus a sacris est impetus. eodẽ serpẽs Aesculapii modo: apud Aristophanẽ obrepit. ¶ Erecti. in pectus ablati quales apud Vergiliũ serpẽtes a Tenedo Porces & Chariboea: iis. n. nominibus a Quinto Poeta referunt: qui Homero in Iliade cõsumãda successit. ¶ Cristas in serpentibus fabulosas Plinius autumat: sed utraq; lingua poetae: certatim tribuũt. ¶ Roseas. Maro sanguineas. sed Claudianus colorẽ dedit: id autẽ quod horroris erat: a re diuina submouit. ¶ Ecce. proprium Ciceronis hoc est i rebus iprouisis: qd cũ cura uerg. & legit: & trãstulit autor Asconius. ¶ Procul. usq; ab inferis. ¶ Hecate. Persei fratris Aeetae Colchorum regis Hecate filia fuit ut Dionysius Milesius in Argonautico refert. ea dũ uaga p saltus uenaret: herbarum uim prima deprẽdit: & ita necato parẽte regnũ occupauit: a suis in caelũ post mortẽ relata: ut apud Diodorum legimus. Eiusdẽ nois altera: Perseo Titane & Asterie latonae sorore prognata: cui Iuppiter elemẽta subiecit: & caelo ereboq; potentẽ fecit: ut canit Maro. unde & hecate dicta ẽ: ut discimus ex Hesiodo. Verg. Aene. iiii. Tercẽtũ tonat ore deos. Sic. n. nos interpretati sumus: ut dicat hecaten a Saga ter inuocatã: quã per centũ deos obscure quidẽ: uerum peritissime designauit: ad amplissimã deae potestatẽ: & nominis rationẽ simul alludens. id ab ἑκάτον trahitur: quod apud graecos idem ualet quod centum. Ternarius porro numerus in huiusmodi sacris: adhibebat ex ritu. ut ex Homero: Nasone: Tibullo: Papinio colligit. Et Porphyrius ille phus in respõsis abũde disserit. Nec obest: quod a poeta statim subiicit Tergeminaq; hecaten tria uirginis ora Dianae. nam sui moris est. ut etiã Macrobius obseruauit: & docuit: in qbus nõ cõuenit inter doctos utranq; sententiã cõplecti: quo fit ut sibi plerũq; nõ cõstet: ut i Latini patre: & aliis nõ parũ multis: quae Seruius & alii post eũ grãmatici notauerunt. Notat diuersas in hecate opiniones: & eã quã superius attulimus: & illorum qui cũ Iunone coniungũt. ut sit eadẽ Iuno Diana: & Proserpina: ex qbus Hecate: ut est apud Lucanũ: cõmune numen efficiat. Iccirco ne alterutrũ poeta dãnaret: utrũq; dixit. In haec diuertere libuit pter eos: q Anicularũ deliramẽta sectati: a Seruio discesserũt. hecaten nocte genitã canit: Bacchilides. Ioue & Asterie Musaeus. Eodẽ & Cerere matre Orpheus: Pherecydes Aristaei peonis filiã tradit. Eadẽ perseis appellatur a patre. Apollinius Argonauticõ. iii. πότνα θεὰ περσηί & i. iiii. ἴσω νυκτιπόλου περσηίδος ὄργια κούρης. i. Noctiuagae testor perseidos orgia diuae. Nec aliud in Cassandra quõ Persei uirginem dicit Lycophrõ intellexit. Et papinius in euocatione maniũ ex persona Tiresiae. tu separe caetu Elysios Persea pios urgaq; potẽti Nubilus arcas agat. ut appareat eos falli: q psae legẽdũ putãt: & inerudite bacchũ uel mercuriũ bis inculcãt. ¶ Ternis uariata figuris. Orpheus i Argonautico triplex eã caput habere fingit. Dextrum equi: sinistrum canis: medium hominis: & qdẽ rustici. Oui. in fastis. Ora uides hecates

Triptolemus quis
Achilles Pyrsous antea nominatus
Gordyaea ciuitas
Dulichiũ unũ:
Squammae serpentũ
Porces & Chariboea serpentes apd uerg.
Ecce.
Hecate q.
Ver. locus
Defensus a calũnia Seruius
Perseis hecate
Stat. locus.

ℭ Te horruit. perculsus obstupuit. ℭ Atlas. ad hunc profectus est Hercules: quom didicisset a Nereo: se malis Hesperidum nunquam potiturum: sine Atlantis ope. sed dum Atlas Herculi operam nauaret: ipse cælum subiit. quomq; confecta re cælum recepturus Atlas non uideretur: Herculis astu elusus est. impetrat ut ille tandiu cælo succedat: quoad ferendo oneri puluillum sibi aptaret. atq; ita correptis malis quæ proiecta humi iacebant: e uestigio uictor abiit. hæc ex Pherecyde de nuptiis Iunonis. x. historiæ tamen ueritas habet hoc. Atlas (ut Xenagoras autor est) siderum rationem primus inuenit: a quo edoctus Hercules: ita secundas tulit: ut a primo fere non abesset. mox grauioribus studiis auocatus: cælum idest astrologiam Atlanti remisit.

Hercules cælum sustinet.
Atlas astrologiæ primus inuentor.

ℭ Maximus. hoc illi Epicheton dedit etiam Vergilius. Cecinit quæ maximus Atlas. nam ingenti corporis indole fuit: ut canit Naso. Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans Iapetioniades Atlas fuit. ℭ Quom premerere polo. imposito quom sustineres inuectum cælum. ℭ Mundus. Cælum. Plinius. Mundus & hoc quod nomine alio cælum appellari libuit. ℭ Pependit. incubuit. ℭ Firmior. q̃ supposito Atlante. ℭ Herculea ceruice. humeris. Hercules autem quattuor cubitis & pede longior fuit: ut Heraclides ponticus scriptum reliquit: Herculis uero staturam qua ratione Pythagoras deprehenderit: Gellius ex Plutarcho refert. ℭ Phoebus. Sol. ℭ Et astra. sidera quæ complurium stellarum signum aliquot constituant. ℭ Lustrarunt: pererrarunt & ambiuere. ℭ Tuos humeros. quibus fulciebantur. ℭ Hæc. subaudi cecinit. ℭ Thracius uates: Orpheus. ℭ Sed tu Florentinæ: hic ætate Claudiani: bonos omnis qui opibus indigerent liberalitate prosequebatur. ueram (ni fallor) temporum rationem secutus ab iis dissentio: qui Florentinum hunc esse tradunt: ad quem Sidonius scribit: quom Sidonius & Claudianus: eadem tempestate non claruerint. ut in poetæ uita testati sumus. Multo uero minus ferendi sunt n qui Florentinum non uiri propriũ sed gentile nomen existimant: & inde Florentinum fuisse poetã suspicantur. ℭ Mihi. s. es. ℭ Alter Tirynthius. Hercules. Tiryns oppidũ peloponesi: Hercule ciue: & Homeri præconio nobile. nomen a Ti-

Cælum Mundus.
Hercul' statura.
Florẽtinus insigni liberalitate uir.
Tiryns.

rinthe alcei. filia: sorore Amphitrionis. Aliea prius dicebatur a piscatoribus: qui frequẽtes illuc cõueniebant. ❡ Antra. specus ut Corytium: cæteraq;. ❡ Musarum. Musarum duo genera celebrat Musæus. alias sub saturno maiores natu: alias Iouis & Memoriæ filias. ❡ Torpentia. ignauo quodam ueterno alligata. ❡ Longo somno. diuturna cessatione. nam diu ante scribẽdi studium poeta omiserat. ❡ Excutis. ad carmen prouocas. ❡ Ducis. extrahis. ❡ Sonos. cantus. ❡ Placidos. suaues. an poti⁹ placidos. quoniam nullum maiorem homini fructum: benigna músarum consuetudo afferre potest: ut ait Plutarchus q̃ studio ac disciplina mansuefactam naturam: ut inde humanitatis hæc studia memorentur. Musæ.

Florentine mihi: nam mea plectra moues.
Antraq; musarum longo torpentia somno
Excutis: & placidos ducis ab ore sonos.

❡IN SECVNDVM CLAVD. DE RAPTV PROSERPINAE ARGVMENTVM.

Postera quom primo nituere crepuscula Phœbo
Fraude Dionæa, riguos Proserpina Saltus
(Sic parcæ iussere) petit: confisa sororum
Præsidio, famulæ longo post ordine Nymphæ.
Itur in æterno uestitos gramine campos
Et prima sub luce leguntq; quom rore serenus
Albet ager: sparsosq; bibunt uiolaria succos.
Sed postq̃ medio sol altior astitit orbe:
Ecce polum nox atra rapit: tremefactaq; nutat
Insula Cornipedum fremitu: cursuq; rotarum.
Diffugiunt Nymphæ, rapitur Proserpina curru
Imploratq; deas. uerum reuerentia patris
Obstitit auxilio, nam Iuppiter Aethere summo
Pacificas rubri cõtorsit fulminis alas
Consessus generum. Stygiaq; hymenæus in aula
Personat: & læti peragunt conuiuia manes.

.M. Antonius Rubrenus Mediolanẽsis Patritius Adulescens: & Iani Auditor: ex ipsius poetæ uerbis contexuit.

LIBRI SECVNDI PERIOCHA.

❡ Illucescente iam die: quæ noctem superius a poeta descriptam sequuta est: Proserpina suasu Veneris in campos Ennenses egreditur: & secum Diana: Pallas: & Nymphæ. quas studio legendi flores: Vibonem usq; progressas in agrum Brutium scribit Strabo. quod qui fieri potuerit: intercedẽte rapidissimo freto: non plane uideo. nisi forte Siciliam (quod non legimus) ab Italia per id tempus nondum auulsam aut illuc diuinitus aduolasse accipimus: Claudianus extra Siciliæ fines rem non producit: Ipsumq; Plutonem quatuor equorum curru uectum hausta luce: ex composito liberam rapuisse ex agro Ennensi: secumq; ad inferos asportasse narrat: ubi Nuptiæ publica manium lætitia celebrantur.

A. IANI PARRHASII: IN CLA. DE RAPTV PROSERPINAE COMMENTARIVS SECVNDVS.

C Dies nondum pura. crepusculũ, quæ dubia lux est: in confinio noctis & diei. q̃uis aliter Seruius, C Impulit. nam incumbentibus ponto radiis tremulis & coruscis: ipsæ undæ spectantiũ opinione moueri uidentur: ad antelucanos etiã spiritus referri potest: quos oriens sol ex auris procreat: ex quo dictos a græcis euros putat Vitruui⁹. ut ab huiusmodi uẽtis excitati maris motũ: soli ĩ quo uẽro rũ cã ẽ poeta tribuerit. nõ fugit hoc doctissimũ poetã Catul. cuius carmẽ est hoc. Hi qualis flatu placidũ mare matutino Horrificans Zephyrus procliuas incitat undas Auro ra exoriente: uagi sub lumina solis. C Fluctus ionios. undas maris Ionii: quod Adriatici pars est: ut strabo docet & pausanias. Ionio nomen dedit Ionius Dyrrachii filius: quẽ iprudẽter a se occisũ ĩ mare ꝓiecit Hercules ut defuncti memotiã ꝓpagaret. autor Appianus. C Præmisso lumine. profusis radiis. C Ardor. fulgor solis. alioquin æstus mane nõ est. C Vibraẽ. tremit. C Vndis tremulis. crispantibus. quales repercusso sole uidemus: aut quoniã leuis aura summas aquas perstringit. aut ẽ hypallage: & erit ordo. Ardor tremulus. C Errãtes. uagæ. C Ludunt. agitantur. Catullus in Epithalamio Thetidis. Fluctus salis alludebant. Ouid. & in alludẽtibus undis Sũma pedũ taloq; tenus uestigia tinxit. C Audax animi. græca figura: in qua frequens est Lucretius & Silius. sed & Verg. O præstans animi iuuenis. C Oblita. immemor. C Fidei parentis. quã matri dederat. nam

Euri unde

Ioniũ maf

Ludere Alludere.

CL. CLAVDIANI: DE RAPTV PROSERPINAE LIBER SECVNDVS.



IMPVLIT Ionios præmisso lumine fluctus
NONDVM pura dies. tremulis uibratur in undis.
Ardor & errantes ludunt per cærula flammæ
Iamq; audax animi: fideiq; oblitã parentis
Fraude Dionæa riguos Proserpina saltus
(Sic parcæ iussere) petit. ter cardine uarso
Præsagæ cecinere fores. ter conscia fati
Flæbile terrificis gemuit mugitibus Aetna.
Nullis illa tamen monstris: nulloq; mouetur
Prodigio: comites gressum iunxere sorores.
Prima dolo gaudens: & tanti conscia furti
It Venus: & raptus metitur corde futuros.
Iam durum flexura chaos: iam Dite subacto:
Ingenti famulos manes ductura triumpho.

recepisse debemus accipere: se peius absentiã domo nõ egressurã. C Fraude dionæa. dolo ueneris: quã Iuppiter ex Dione suscepit. ut canit Hesiod⁹ unde uen⁹ ipsa Dionæa. Ver. Sacra Dionææ matri. Diuisq; ferebã. C Petit. adit. C Saltus. arboribus confertissimas syluas: ubi feræ saliunt. & enituntur. C Riguos. perhẽnibus aquis. C (Sic parcæ iussere) parenthesis. i. interpositio. C Tunc exeunte Proserpina. legitur & Ter. de quo statim post. C Verso cardine. patefacta ad egressũ ianua. C Fores. ualuas: q̃ foras uersus aperiunẽ. C Præsagæ. Fatoꝝ cõsciæ. nã & ipsæ fores stridore: uel pedis offensu uentura prænunciant. Tibullus. Mihi tristia dixi offensum in porta signa dedisse pedem. C Ter. is numerus ĩ auguriis obseruabatur. & ad sacra pertinet: ut scribit Aristotel. in principio de cælo. Aetna. mons. C Conscia fati. uenturi præscia. Manilius. Conscia fati sidera. nam Aetna nõnunq̃ exuberantibus incendiis ingruentia bella cladesq; significauit. & Verg. inter ostẽta quæ Cæsaris mortem sequuta sunt: addit. Vidimus undantẽ ruptis fornacibus Aetham Flammarumq; globos liquefactaq; uoluere saxa. Si facti leges dumtaxat ad præsentem Proserpinæ casum referas, C Gemuit. apposite lugubri uerbo usus est. C Flebile. aduerbium. C Terrificis mugitibus. Horendis (ut Vergil. ait) ruinis. Mugitus ingenti spiritu missa tauri uox ẽ. C Tamen. uerum. C Illa. Proserpina. C Non tenetur. quominus incepta peragat. C Monstris. monstrum (ut Aelio Stiloni placet) a monendo dictum est. uelut Monestrum: q͏ futurum monstret: deorumque moneat uoluntatem: quod Asinius capito probat. C Prodigium. q͏ eadem quæ monstrum: prædicat: ut docet Festus. Vtrunq; poeta coniunxit: nã monstrũ præsentis significationis est: prodigium futuræ. autor Seruius. C Sorores. Diana uenus & Minerua: Iouis & ipsæ filiæ. C Iunxere gressum. simul profectæ sunt. C Prima. quæ cæteris alacrior: & maiori studio uiã capessebat. ut illud Maronis. C Prĩa qđ ad troiã pro caris gesserat argis. C It. incedit. C Gaudens dolo. q͏ insidiæ quibus proserpinã captabat: ex animi sententia succederẽt. C Furti. raptus. C Metitur corde. præsumit animo. C Futuros raptus. ut supra. C Iam. tandem. C Flexura. quæ pelliciet ad amandum. C Durum chaos. indomitos ad eam usq; diẽ manes. C Ductura triũpho. hoc ex antiquo Romanoꝝ more: apud quos parta uictoria duces: urbẽ triumphantes: in quadrigiis ingrediebantur: & ante currum deuictos hostes agebant. C Ingenti. Claro. C Famulos. nã rõani bello captos sub corõa uẽdebãt. & ii serui dicebãẽ: q͏ belli iure trucidari quõ possẽt incolumes Seruarẽẽ. ut apud iurecõsultos Põpo. scribit. eosdẽ Clau. idẽ significãte uocabulo: famulos ap-

Dione. Dionæa uenus.

Ternarius nũerus in sacris

Aetna uenturi pscia.

Monstrũ.

Prodigiũ.

Serui.

pellauit. ℭ Illi. describit habitum dearum: & imprimis ipsius Veneris. ℭ Crinis. Capillus: quod elegantius est: q̃ numero multitudinis. nam frequenter Capillum dicit Cicero. ℭ Variatur. antiquus codex legit: sinuatur: utrunq; recte. ℭ In orbes. eosdem Iuuenalis appellat cincinnos, & alibi de ueneris ornatu Claud. Largos hæc nectaris hymbres irrigat: Hæc morsu numerosi dentis eburno multimodum discrimen arat. Sed tertia retro dat uarios nexus: & iusto diuidit orbes ordine: neglectam partem studiosa relinquens. ℭ Diuisus. discretus. unde discrimen. ℭ Idalia. gratiarum quæ Veneris famulæ sunt: & deam comunt. Claud. in Epithalamio Honorii: De cultu Veneris. Dextra læuaq; sorores stabant Idaliæ. s. charites ab Idalio Cyppri oppido: quod ab euentu nomen accepit. Nam quom dictio Chalcenori data esset. ut illic urbem conderet: ubi primum orientem solem conspicaretur: unus e comitibus qui forte astabat ad eum conuersus, οἶδον ἀδσἰλαυ inquit τον ἥλιον quo dicto monebat: ut Rex solem cerneret. Arrepto Chalcenor omine: ciuitatem statuit: & ab ea uoce Idalium nominauit. autor Stephanus. ℭ Fibula. Columellæ autoritate notissima. circulus est ex auro: argento: uel ære. ℭ Sudata. Metalepsis. ex sudore quippe laborem: ex hoc: magno argumento & arte fabricatam intelligimus. ℭ Marito. Vulcano: ad hũc quæcũq; fabrilia opera: admirationi erát uetustas rettulit. ℭ Suspendit. ab humeris. aut ab imis lateribus astringit: si cingulũ placet accipere. nã cinguli pars est ét fibula. ℭ Amict⁹ purpureos. Coccineã ueneris uestem. sed ab aliis nuda fingitur. Auson. Nec bis cincta Diana placet: nec nuda Cythere. ℭ Post hanc. s. ueneré. ℭ Candida. Quam græci πότνιαν: candidã nostri uocant. Aratus πότνια μαῖα. Verg. Candida Maia. nã quom dixit Ouidius. Candida lampetie græcũ puellæ nomen interpretatus est. ℭ Regina. dñã. nã uenatus illic exercet: eadéq; syluarum potens est ut ait noster Catul. ℭ Lycæi. montis Arcadiæ Dianæ atq; Inuo sacri. De priore Papin. Illa se lucis Hecate speculata Lycæis. de Fauno Verg. Panos de monte lycæi. cuius olim templum nemini licebat ingredi. Plutarchus & Hyginus autores. Sed apud Plutarchum mendosa dictio est in quæstionibus Boccæum: pro Lycæo. Est & urbs eiusdé loci Lycæa de qua sexto & quinquagesimo libro Theopompus. Sed eandem Menelaus Lycethan: non Lycæan nominat. ℭ Parrhasii. nam Lycæus: præter Arcadiæ montem: cuius ante meminimus: Atticæ locus erat: a Lyco Pandionis. ut autor est Pausanias. ubi Pisistratus: si Theopompo credimus: uel ut Philochoro placet Athenienses operis præfecto Pericle: Gymnasium condiderunt: quod inde Lycæum dicebatur. Hic inambulans Aristoteles disputabat: unde peripateticum nomen manauit: ut in Academicis refert Cicero: meminit huius Lycæi Gellius in noctibus Atticis: & metamorpho. ii. de Mercurio loquens Ouidius. Gratamq; Mineruæ despiciebat humum. cultiq; arbusta lycæi magna eorũ hallucinatione: qui Arcadiæ montem illic exposuerunt. Colebatur & Argis Apollo cognomento Lycæus: hac ex causa. Danaus ex Aegypto fugiens illuc appulsus forte Taurum in littore conspicatus est qui cum lupo præliabatur. Omen arripuit. atq; lupi sibi personã induit: q peregre delatus ueteres incolas exturbaret. Itaq; pugnæ euentu expectato: quom superior lupus extitisset: aduersus Gelanoré qui tum rerum potiebat' inito prælio: uictor ex uoto Apollinii Lycæo Aedem erexit: ac Lupi cõtra Taurũ prælian tis expressam ære effigié ĩ foro statuit: historiã narrat in Pyrrho Plutarch. & Pausanias: adiecta uictimæ rõne: nã Taurus ex ritu religionis ĩmolabat'. idé uates Argiuus apud Statiũ Thiodamas Apollinem ita precat'. Nunc tibi crudus honos: cruda arma: cruorq; uirorũ: At patrias sigñ domos: optataq; pæan Tẽpla Lyciæ dabis: tot ditia dõa sacratis Postibus: & totidé uoti memor exige tauros. Azaniæ uero q̃ pars est Arcadiæ: Parrasii & Trapezũtii cõtribuunt': ut legimus apud Stephanũ, qua de cã Papin. Azanas & Parrhasios ét cõiunxit. Venit & Idæis ululatibus æmulus azan Parrhasiiq; duces. sed illud apud eũ quæritur: cur Azanas Idæis ululatibus æmulos dicat. id nos ex Callimachi scriptis assequuti uidemur. ait. n. in Arcadia Iouẽ natũ: quã maxime querquubus densaretur (ut ante rettulimus) & aquarũ penúria laboraret: Azaniã designans. quã ἀζάνην ἀζαν. i. a siccitate noĩatam scribit Eustathius: & Arcades apud se natum Iouem audacter cum Cretensibus contendebant: ut testatur idem Callimach. in hymno Iouis. Ζεῦ σε μὲν ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι Ζεῦ σε δ' ἐν ἀρκαδίῃ πότεροι πάτερ ἐψεύσαντο. i. Iupp̃ Aeneis quõ te sibi uẽdicet Ide mõtibus. Arcadiæq; utriq; mẽdacia iactãt: nã qcqd de partu Iouis a cretensibus fingitur illud idem Cybeles sacerdotes apud azanas ululatibus & fanatico discursu repræsentabant. ostenso etiam apud se loco quod Rheæ puerperium dictitabant: ut est apud Callimachum. Redditur & a Philone Massiliæ ciuitas Azan: & alia ab Herodiano phrygiæ: sed utraq; huic loco minus accommodata. Quin & Ouidius in. ii. metamorphoseõ arcadiã Iouis ex hac historia nominauit. quom ait. Arcadiæ tamen est impensior illi cura suæ. quãuis nihil aliũ suspicant'. Parrhasiis inditũ nomen est a parrhasio Martis & Philonomiæ filio qué cum fratre Lycasto expositum lupa lactauit. is apud Ciliphũ pastorem adultus materno auo Nyctimeno in Arcadiæ regnum successit: ut Zopyrus Bizantius historiarum. iii. refert & Plutarchus. Alii Lycaonis filio parrhasio cognomines arbitrantur. Nicanor ait eandem regionem Parrhasiam prius appellatam a Lycaonis impietate: & idé mutatis syllabis Parrhasiam.

Illi multiplices crinis uariatur in orbes
Idalia diuisus acu: sudata marito
Fibula: purpureos gẽma suspendit amictus.
Candida Parrhasii post hanc Regina Lycæi:

Veneris habitus.
Orbes.
Cincinni
Idalium ciuitas unde
Fibula.
Candida.
Lycæus mons
Lycæus atticæ locus.
Lycæũ Gymnasium.
Ouidii locus ĩ metamorph.
Lycæus Apollo cur apud argiuos.
Danaus ex ægypto.
Gelanor.
Papinii locus ex Thebaide.
Azania.
Parrhasii.
papinii carmé expositum.
Iuppiter in arcadia natus.
Azan ciuitas.
parrasii cur.
Lycastus.
Nyctimenus.

Et pandionias quæ cuspide protegit arces:
Vtraq; uirgo ruunt:hæc tristibus aspera bellis.
Hæc metuenda feris. Tritonia casside fulua

Arces unũ & cur palladi consecratæ. Pandion Aegeus Lycus Nisus, pallas. Theutras. theutrátia turba thespiadescur apud Oui.

¶ Et pand.quæ cusp.prot.arces.Mineruæ periphrasis.¶ Quæ protegit.quæ tuet̃. ¶ Cuspide . hasta q̃ suũ palladis telũ est.Autor obscœni carminis.Ense potẽs mars est:hasta minerua tua est. ¶ Arces. quas antiqui Mineruæ cõsecrauerũt:quã ipsius mũdi mentẽ:atq; in sũmo capite sedẽ hr̃e credebãt.Siue q̃ eõ quæ pe andẽ designat̃: respub.& urbes amplificet.ut ait Capella.dictæ uero sunt Arces ab arcadibus q̃ munitissimos quosq; colles:sub Euãdro tenuerunt:ut placet Solino:uel ab arcẽdis hostibus ut grãmaticis. ¶ Pandionias. Atheniẽses a Rege Pãdione poetaɋ̃ carminib⁹:& græcis annalibus ichto:cuius quatuor tñ filios Sophocles memorat: Aegeum:Lycũ:Nisum: & Pallantẽ. Stephanus addit Theutrantẽ Thespii patrem : a quo Theutrãtia turba thespiades apd̃ Nasonẽ. Puellas duas sustulit:ĩ qbus infelix fuit: ut refert Pausanias.successit huic Erechthe⁹ cuius ex Procride Cephalus gener fuit:ut canit Ouidi.in.yi.metamor. Anceps apud Strabonem locus est:& qui non icuriose legẽtibus iniciat scrupulũ.Nã quom de prærupta illa Petra:quæ fertur ad Achii Apollinis promõtorium in sinu ambracio:uerba fecisset:Menãdriq; præterea testimonio docuisset : ut illinc Sappho sese deiecerat.ἀρχαιολογικῶς τερος.inquit:idest qui conquisitius & anxie res antiquas scrutati sunt(id.n.græca uox proprie significat:nõ aũt antiquiores ut ab aliis cõuersa ẽ)nõ Sappho primam:sed Cephalũ saltasse prodiderũt:amore captũ Ptarolæ Deionei filiæ.hæc ille. Equidẽ: primum oium:Pterelã Taphioɋ̃ regẽ tradi scio:quẽ Neptũnus ex Hippothoe Mestoris & Lysidices filia suscepit:Andromedes & Persei nepte:ut Herodori testimonio refert interpres Apollonii:uel ut alii Neptũni ex Taphio pr̃e nepotẽ:aiunt.n.Neptũnum Taphiũ genuisse: unde sit Pterelas:eundẽq; ab Amphitryone Creontis thebaɋ̃ Regis ope:expugnatum:& ab eo(quod unus apud nos tradit Plautus)obtruncatũ noui.Ad Pterelam puellam uel(ut mea quidẽ sñia : apud Strabonẽ perperã scriptũ est) Ptarolam nusq̃ præterea legi.quæ si profecto fuisset:ab illo præsertim Cephalo utriusq; linguæ theatris decantato:tã perdite(ut illi uolũt)amata:græcoɋ̃ aut nostrorum monumẽtis aliquo pacto ĩnotuisset. Ad hæc accedit:q̃ paulopost is idẽ Srabo:Cephalum Deionei filiũ fuisse scribit:quo patre Ptarolã iã natã dixerat:ut uereat ne Strabonis exẽplaria mendosa sint & librarioɋ̃ uitio factum:ut apud eũ prepostere legam⁹ historiam.Suffragat̃ huic nr̃æ sñiæ Demetrius Chalcõdyles:ut Atheniensis & græcus homo:doctissimus & quẽ Gazæ discipulũ studioruq; successorẽ possis agnoscere.quippe q̃ græcos ẽt Strabonis codices in uersos cotidie deprehẽdit & hoc ĩprimis in loco.ubi græca ipsa Strabonis uerba:pplexa cõfusaq; adeo legunt̃:ut nullus integer sensus extet:& facile appareat esse erratũ . qd̃(si liberæ cõiecturæ locus det̃)ita tollendũ cẽsuerim.ut dicat ab aliis tradi:illinc nõ Sapho primã se deturbasse:Sed Cephali Deionei captã amore:Pterelæ filiã.Nã uir plurimæ lectiõis Interps Lycophrõis: quõ res ĩter Teleboas Electrionẽq; gestas diffuse narrasset.adiicit Cymetho Pterelæ filiã:Cephali qui miles Amphitryonis tũc erat:amore inductã:hostibus pr̃ am pdidisse:Cæteraq; iis similia quæ de nisi filia tradunt̃.inde illa Nasonis in Ibin execratio.Filia neue magis capiti sit fida parentis Quã tua uel Pterela:uel tua Nise fuit.ubi nr̃ Domiti⁹ maluit historiã cõfingere:quã uerã laboriosius apud autores pquirere.Nã nec Pterela Thebaɋ̃ rex unq̃ fuit:nec a Creõte:sed ab Amphitriõe:nõ Polidices:ut ipse dicit: sed Cymethõis filiæ pditõe necatus est. Deioneus ãt(qd̃ in Suidæ monumẽtis ẽt legimus)Cephali pater fuit:ut tradit Aristodemus.eudẽ Pausanias Deionẽ uocat:Oui.Eionẽ:sequutus arbitror Pherecydẽ:cuius antea testimonio docuim⁹:Eioneũ Ixionis sũdũs e medio sublatũ.Neq; uero te offendat qd̃ idẽ ab Aristodemo Deiõeus: a Pausania Deiõ: a Pherecyde Eiõeus:deniq; Eion ab Ouidio dictus sit.Nã Apollonii quoq; pr̃ ab aliis Hylæus:a qbusdã ẽt Psylæus appellat̃.& satis notũ ẽ Iones(quos ĩ plærisq; seqmur)primas uerboɋ̃ cõsonãtes nõnunq̃ de trahere:ex qua disciplia Nasonis amarẽ i.yii.metamor. Aspicit Aeolidẽ Cephalũ. Eionidẽ castigauius. ut ẽt illud. Eqbus Eionides Cephalus.& nõ Aeolides:nã nihil Aeolo cũ Cephalo.Eandẽ cẽsurã subit & alius eiusdẽ poetæ uersus ex arte amãdi. Ecce redit Cephalus ples Cyllenia syluis.Tu scribe ples Deionia uł Eiõia.nã seruauit hic ω lĩam recti primitiui poeta:quã cũ nũeris mutauit ĩ patronymico:qd̃ græco studio & exẽplo nr̃i q̃nq; faciũt.quippe Verg.ĩ Orionis obliquo penultĩa indifferẽti usus est. quõ ait Armatũq; auro circũspicit Oriona:& alibi.strictũq; Orionis ensem. Quæ: q̃q̃ nõ rudes aut iniquas aures ĩplere cõfido:monitiõis tñ loco nõ iudicii dicta uolum⁹. ¶ Vtraq; pallas & Diana. ¶ Virgo.inupta Euphoriõ tñ ait Tityũ apud iferos uitiatæ Dianæ pœnas dare. Flagrauit & Orionis ĩsania cuius cõsuetudine plus nimio delectabatur:ut est apud Higynum . cũ Homero cõuenit Claudianus. qui tris tantũ deas in hymnis memorat:Palladem:Vestam:& Dianam:quæ ueneri non succubuerint. ¶ Ruunt.puellari studio se ppriũt. ¶ Hæc.idest Minerua. ¶ Aspera.cruda. ¶ Bellis.quæ cum Marte curat : ut canit Home.Ausonius. Præses tritonia bellis . ¶ Tristibus.crudelibus: aut luctuosis. ¶ Hæc.altera.s.Diana. ¶ Metuẽda.formidolosa feris:quas agitat & uenatrix ĩterimit. ¶ Tritõia. pallas(ut placet Callistheni) q̃ hæc dea τριτηάηνος.i.tertia mẽsis die nata ẽ.q̃ dies ut eiusdẽ Natalĩ festus Athenis transigebat̃.ut Romæ qnquatria. An iõ potius appellata sic ẽ:q̃ e pr̃is uertice psiluisse dr̃:& caput τρίτω Bœoti uocãt. Forsitan ide dcã magis sit q̃ eadẽ lũa credit̃:q̃ tertio post coitũ die:apparet icipit,neq; nõ illud cõuenit.

Pterelas rex.

Strabõis locus accurate pẽiiculatus.

Cephalus.

Cymetho pterelæ filia.

Ouidii locus in Ibin

Deioneus.
Deion
Eioneus
Eion

Ouidii tres uers⁹ emaculati.

Tritonia pallas unũ

quod aĩos ipſa noſtros moderaẽ: quoꝝ uis triplex: iraſci: cupere: & rationi obtẽperare. Quid ſi ꝓpterea nomẽ accepit. ꝙ aeri præſit. Aeris porro mutatio triplex eſt: uere: æſtate: hyeme. Quippe uetuſtas autũnũ nõ numerabat. q̃a ꝓpriũ nõ eſſe tp̃s exiſtimabãt: ſed ex utriuſq; cõfinio cõſtare. Democritus græce quidẽ: ſed ad hãc ſnĩam. Minerua mens eſt inq̃t cuius munere bene conſulimus recte iudicamus. nihil q̃cq̃ ꝑ iniuriã facim⁹. Triton præterea Bœotiæ: Theſſaliæ. libyæq; fluui⁹ ẽ: & ibidẽ palus ex qua Pallas orta tradiẽ ab Herodoto patre Neptũno. ſed is quõ filiæ neſcio q̃d aliq̃n ſuccẽſuiſſet: adoptandã ſe Ioui illa dedit. Supioribus cõſentanea Mnaſæas & Harpocration tradiderunt: niſi ꝙ eius matrẽ nõ: ut ille: Tritonẽ: ſed Polyphen Oceani filiã ꝓdũt: Ipſamq; deã bigas: uel (ut ſteri ꝑari Cic. maluit) quadrigas inueniſſe dñt: indeq; Hippian græce nominatã: q̃d ĩ Suidæ monumẽtis etiã legimus. Eſtq; frequẽs Hippiæ Palladis apd' pauſaniã mẽtio. Sed quonã piaculo: in deorũ natura Ciceronis deprauata uerba ꝑtereã? Quarta inq̃t Minerua Ioue nata & Coryphe Oceani filia: quã arcades Coriã nominãt: & quadrigaꝝ inuẽtricẽ ferũt. Tu meo periculo repone Polyphe atq; Hippian nominãt. Sed alterius erit inſtituti Ciceronis opa caſtigare: eoꝝ iperitia q̃ Mediolani nuper ipreſſerunt oĩ ex parte iuerſa præcerpta & lanciñata. Ad hãc hiſtoriam papinius & deæ cognomẽ alluſit: apud quẽ Thebaid. ii. Tideus palladẽ ſic adorat. Seu tu libyco Tritõe repexas Lota comas: Qua te biiugo ſtridore frementẽ Intemeratarũ uolucer rapit axis equaꝝ. Tritoni ãt (quod ſcribit Aceſander) Neptũno genitus eſt ex atlãtis filia Celeno.

Cælatum Typhona gerit: qui ſumma perẽptus
Ima parte uiget: moriens & parte ſuperſtes,
Haſtaq; terribili ſurgens per nubila gyro
Inſtar habet ſyluæ. tantum ſtridentia colla
Gorgonis obtectu Pallæ fulgentis obumbrat.
At triuiæ lenis ſpecies & multus in ore

Triton amnis & pal⁹

Hippia minerua.

Quadrigarũ inuẽtio.

Ciceronis locus.

Ciceronis opa deprauata.

papinii lo.

¶ Cælatũ. ſculptũ. Caſſide fulua. aurea galea. ¶ Pythona: pytho phocidis ad parnaſſum ciuitas Apollinis oraculo clara. cuius in argonautico meminit Orpheus & Theognis appellata ꝙ illic telis Apollinis extinctus coluber: tabe cõſumptus eſt. id quod πύθεσθαι græci dicunt. quod ozolis præterea nomen dedit ad quos eiectus is ſerpens etiã traditur ut refert plutarch. eundem Callimachus & Elius græcus autor: & e noſtris oratione quadam Tertullianus Delphinẽ uocãt: quem latini prope modum omnes: quibus eius nominis uſus uenit: atq; ex græcis nõnulli: uno eodẽq; uocabulo Serpentem urbemq; ſed alterã muliebri: alterum maſculino genere dicant. quod Ammonius ẽ præcipit: ut explodendi ſint ii: qui delphica pytho: Serpentis apud Tibullum nomen interpretantur. plura de pythone leges apud Strabonem. Sed hic ego Typhona ſcribendum puto. Nam reſpexit ad peplum Claudianus: quod athenis quinto quoq; anno maioribus panathenaicis Mineruæ conſecrabatur. intexta deorum uictoria de gigãtibus: & expreſſa Typhonis cæde: quẽ pallas in mundi dimicatione dicitur interemiſſe Ver. ad Meſſalẽ Magna gigantæis ornantur pepla tropæis. Horrida ſanguineo pinguẽ prælia cocco. Addiẽ aurata deiectas cuſpide Typho Qui prius oſſæis conſternens æthera ſaxis æmathio celſum duplicabat uertice olympum. Tale deæ uelum ſolemni tempore portãt. Typho ꝑtereã Ditis per epitheton nomen eſt apud Orpheum. quo patre natas Hapyas Valerius Flaccus ĩ argonautico cecinit. ¶ Qui. ſ. Typho. ¶ Perẽptus. exanimis & mortuus. ¶ Sũma parte. laterum tenus qua ſerpentibus homo cõmittitur: nam ſerpentum crura gigantes habuerũt. ¶ Viget. et nunc ſpirat. ¶ Ima parte. pedibus ſerpentinis qui multo difficilius humanis artubus occidunt. ut notũ eſt. ¶ Moriens. extinctus: ut cõueniat cũ ſuperiori uerbo perẽptus nã pſens participiũ pro ꝑterito poetas uſurpare Priſcianus obſeruauit & docuit Pap. Et caligãtes auerſo ſole Mycenas. ¶ Superſtes. uiuẽs. ¶ Haſta. Palladi dat hãc Homerus ad indicandũ mentis acumen. nam mentẽ palladis noĩe uetuſtas coluit: ut ante diximus. ¶ Surgens. euadens. ¶ Per nubila. per aerem. uiden ut hic uim mentis expreſſit. ¶ Terribili gyro. nã Palladis apud athenas haſta. ſupra quatuor amplitudinẽ cubitoꝝ effingebatur. ut tradiẽ Pauſanias. ¶ Gyro. ambitu. ¶ Habet inſtar. habet ſpeciẽ. Naſo. Sed ſcelus hoc meriti pondus & iſtar habet. ¶ Syluæ. arboris. pars a toto Verg. Quales quom uertice celſo aeriæ querquus: aut Coniferæ Cypariſſi conſtiterant: ſylua alta Iouis. ¶ Tantum. Solummodo. ¶ Obumbrat. operit. ¶ Obtectu Pallæ: prætenta ueſte. ¶ Fulgentis. nitidæ. nam purior ætheris & ſũma pars Minerua fingitur. ¶ Colla ſtridentia gorgonis. Meduſæ ceruices colubris ſibilãtibus obſitas. cuius aſpectu hominis ĩ ſaxa uetuſtas obduruiſſe finxit: ut indicaret imperitum uulgus ad eã quæ prudenter & dicuntur & fiunt a ſapiẽtibus ita defixo uultu inhiare: ut admiratiõe ſtupore ꝓdeant & præſenti corpore ſenſibus abeſſe uideãtur. Eandem relaxatura pallas animum deponit. documento. Sapiẽtis eſſe curas interdũ remittere: atq; ſeruata dignitate grauitatẽ diſſimulare. Fabulæ canũt gorgonas fuiſſe puellas & ex iis Meduſam a Perſeo palladis ope obtruncatam. hiſtoriã narrat Pherecydes & Diodorus: percurrit Ouidius & Orpheus in hymnis qui Meduſam non a perſeo ſed ab ipſa pallade trucidatam ſcribit. ¶ At triuiæ. Dianæ quæ triuia per epitheton appellaẽ: a triuiis hoc eſt a compitis q̃bus eandem præeſſe uetuſtas credidit: & nos accepimus. unde triformi ſpecie fingebatur. Ouidius ĩ faſtis. Ora uides hecatẽs in tris uergẽtia formas: ſeruet ũt ĩ ternas compita ſecta uias. ¶ Lænis ſpecies. alluſit ad lunæ colorẽ qui blãdus ẽ. ut ſcribit Pli. ¶ Multus in ore frater erat. multum referebat de forma fratris eius Apollinis. hoc autẽ dicit. quoniam

Triton Neptũni fili⁹

pytho ciuitas.

Ozolæ.

Delphine ſerpens.

pytho Draco.

Tibul. loc⁹

peplum Mineruæ.

Typho.

Haſta q̃d ſ pallade.

Meduſa quid & cur homines in ſaxa uerteẽ dicta ſit

Triuia.

solis & lunæ sidera magna similitudine cõiungunť. esse putes. credas. honesta loquutio. Verg. Migrantes cernas. ℂ Genas. malas. ℂ Lumina. perite cõmuni uerbo usus é: splẽdoris & oculoȝ. ℂ Sexus. a græco qđ est ἕξις & habitú notat: aspiratione in s murata qđ in aliis etiá pluribus usurpamus. ná qđ ἕξ illi nos sex: qđ ἑπτὰ septé: quod ἕρπυλλον serpillú dicimus: optima rõne. Nam S Messalæ Sibilus nõ litera uisa est: & .h. itẽ plærisq;. ut nõ iniuria: quasi affines notæ sibi cedãt. ℂ Dabat discrimina. differétiá. ná hoc tñ distabant: q; alter mas esset altera uero puella. simul allusit ad sidera. solis. n. sidus uirile: lunæ fœmineum dr. ℂ Brachia nuda nitẽt. Elegãs & cõcina breuitas: q̃ decor & ornatus deæ simul ostendiť. Exortos inqt lacertos habebat & candidos.. ℂ Proiecerat auris. inuentos diffuderat. ℂ Leuibus. cõe uentorú oíum epithetõ. ℂ Indociles errare. quos hactenꝰ í nodú collectos gestabat neq; uagari p humeros patiebať. Ouidi. de cõptu puellaȝ. Altera succinctæ religetur more Dianæ ut solet attõnitas quõ petit illa feras. ℂ Remisso. nõ intẽto. ne nimia cõtentione lentesceret. Ouidius Arcus & arma tuæ tibi sint imitãda Dianæ. Si nũq̃ cesses tendere mollis erit. ℂ Neruus. í arcu chorda. ℂ Agit ocia. cessat. ut supra Claudianꝰ Ocia sopitis ageret quõ cantibus Orpheꝰ. ℂ Sagittæ. teloȝ receptaculum pharetra.

Frater erat: Phœbiq; genas & lumina Phœbi
Esse putes. solusq; dabat discrimina sexus.
Brachia nuda nitent. Leuibus proiecerat auris
Indociles errare comas. Arcuq; remisso
Ocia neruus agit. pendent post terga sagittæ.
Crisparur gemino uestis Cortynia Cinctu:
Poplite fusa tenus. motoq; in stamine Delos
Errat: & aurato trahitur circumflua ponto.
Quas inter Cereris proles: nunc gloria matris
Mox dolor: æquali tendit per gramina passu:
Nec mẽbris nec honore minor: potuitq; uideri
Pallas: si Clypeum ferret: si spicula: Phœbe.

ℂ Pendent. post terga ab humeris. ℂ Vestis Corinthia. Nõ me fugit Corinthiæ uestis extare mentionẽ: cuius usu Athenienses suas olim matronas edicto multauerũt: ut est apud Herodotú: sed hic nõ cõuenit ac ut maxime qdé conueniat, nemo tñ mihi unq̃ persuadebit minime licentiosum poetá: ut syllabæ ueniã: præsertim nõ necessaria: uoluisse. ut cõtra præscriptos numeros in Corinthia primam produceret. Equidé: ut dicam quod sentio: Cortynia legendú puto. non a tenuissimo telæ genere quæ uulgo cortyna dicit: ut nõnulli ridicule suspicantur. Sed ab urbe Cretæ Gortyna patria Britomartis: eius quá Diana fertur unice dilexisse: cognomenq; Dictynnæ ab ea sortita: ex historia Callimachi: quá Vergi. apud nos percurrit in ciri. nam uisebatur illic opulentum Dianæ templú donariis & religione. cuius Probus Aemilius etiam meminit. Ipsa ciuitas per N finalem Gortyn ab heroe cognomie dicta est: & Ellotis cum accentu penultimæ. Nam sic Europa gentili Cretensium lingua uocabatur. Eadem Cremnia demú Gortys appellata est. sic ut quæ pria est in sapiente littera nomen excludat. ab hac accusandi casum alii duabus syllabis Gortyn: alii tribus Gortyna: plærique Gortynam dixerunt: autor Stephanus. Memorat & eiusdem nominis alteram Pausanias in Arcadia: cui proximũ statuit Plinius Caryú oppidú Laconiæ: ubi Lacedæmonii Dianá præcipuo cultu prosequebanť: uirginũ choro: & præmio Musici certaminis instituto. qđ Execestides (ut scribit Polemon) Citharæ cantu uictor aliquãdo cõsequutus é. ide saltandi quodá genus καρυάττιζειν lacones dicebant: eiusq; autores Castoré polluceq; pfitebanť ut ait Lucianus. Quin & ipsa Diana Caryatis indidem memoratur: cuius honori buccolicú carmé primo datum é ut docet interpres Theocriti & e tiis Diomedes, ét si cutetis apud eú mendose scribitur. Ex hac historia Papinii Carmé ex. iiii. Theba. íterpretati sumus. Plaudẽtiq; habiles caryæ resonare Dianæ: quõ Nescio qs Amiterninus: ad Eleá Dianá referret eiusq; nois ratioẽ: p carices uluasq; palustres rimaretur, unde luto cœnoq; turpis uix a nobis extrudi potuit. Ex iis collige Clau. posuisse Cortyniá uesté p Caryatide ná Gortyn Arcadiæ ppinqua Caryo é: quá Caryá fœminino gñe Vitruuius enũciauit. unde sint Caryatides colũnæ: í antiqs substructionibus celebratæ. Mihi prior snía magis adulatur: & hoc totú Papinio cõdonamus. ℂ Crispať. in rugas astringiť. ℂ Gemino cinctu. Diana subducta ad surá ueste effingebať. ut expeditior eét in uenatiõe. Oui. Quid iuuat icinctæ studia exercere Dianæ. Blãius apđ Ausoniú. Nec bis cicta Diana placet: nec nuda Cythere. ℂ Fusa. demissa. ℂ Tenꝰ poplite. usq; ad imú genu. ℂ Delos. ĩsula q̃ ítexta illic erat. ℂ Errat. uagať. ℂ Instamíe moto. filis ita cõpositis: ut ísula fluctibꝰ pelli uidereť. ℂ Circũflua. undis habita. ℂ Trahiť põto. p æquora uẽtis agiť. qppe Delos (ut Ver. ét canit) ĩstabil' olĩ fuit: sed appropiquãte Latõæ partu. imobilis stetit: quatuor ex adamãte colũnis nixa: ut pdit Pindarus ℂ Aurato. qđ ex auro effinxerat. ℂ Quas íter. Anastrophe. ℂ Cæteris. pl: filia pserpia. ℂ Nũc. aň raptũ ℂ Gloria. decus. ℂ Mox. paulopost. Dolor. Aegritudo. ℂ Tẽdit. icedit. ℂ Per gramia. prata. ℂ Aequali passu. pari gradu. ℂ Nec mior. íferior Papin. & mior í leges fret gener. ℂ Mẽbris. corporis idole. ℂ Nec honore. oris dignitate & forma. ℂ Potuit uideri Pallas. nihil abesset a spẽ Mineruæ. ℂ Si ferret Cly. Scutú gestaret: ut Pallas cui clypeú uetustas tribuit: á 1 indicá dú orbẽ terrarum regi a sapientibus. autor Capella. uerbú autẽ ferret bis intelligendum. ℂ Spicula. sagittas a parte totum. ná Mucro sagittæ spiculũ pprie dicitur. Proper. nõ tot Achemeniis armantur susa sagittis spicula. ℂ Phœbe. luna potuit. s. uideri

Marginal notes: Sexus. — Sex. — Septem. — S. non lra — Dianæ cultus. — Britomartes — Dictyna — Gortyn — Ellotis. — Europa — Cremnia — Gortys — Caryum. — Diana Caryatis. — Buccolicú carmen — Pap. locus — Caryatides columnæ — Diana succincta. — Delos Erratica — Clypeus in Pallade qd — Spiculum.

℃Collectæ uestes.succinctæ.negocio conueniens habitus. ℃Nodanť iaſpide. Cingulo cui Iaſpis erat inſertus.de Iaſpide habes hiſtoriam apud Plinium.refert & nonnulla Solinus in Polyhiſtore. ℃Tereti: oblonga.℃Euentus.ſucceſſus.nam in artibus etiam fortuna partem ſibi uendicat:ut in cæteris. ℃Cōtigit.ex animi ſententia datus eſt.℃Ingenio pectinis. texendi peritia. ℃Tælæ.ueſti. ſubaudi fuerunt. ℃Conſona.nihil diſcrepantia.℃Intantum.adeo.℃Duxere figuram ueri. ad ipſam naturam propius acceſſerunt.quod in picturis maxime commendatur.℃Hic.hac in ueſte. ℃Fecerat naſci. expreſſerat

Collectæ tereti nodantur iaſpide ueſtes.
Pectinis ingenio nunquam felicior arti
Contigit euentus:nulli ſic conſona telæ
Fila:nec intantum ueri duxere figuram.
Hic.Hyperionæo Solem de ſemine naſci
Fecerat:& Lunam pariter ſed diſpare forma:
Auroræ noctiſq; duces.cunabula Tethys
Præbet:& infanres gremio ſolatur anhelos.
Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem:nec pubeſcentibus alte
Criſtatum radiis.primo Clementior æuo
Fingitur:& tenerum uagitu deſpuit ignem.

ut ortus erat.℃Solem.qui fax cæleſtis antea dicebatur:& mundi oculus: poſtea ſol ab Oceani filio cognomine dictus eſt: uel ab alterro Hyperionis ut placet Diod.Nōnulli cum Cice.nomen inditum putant: q unus ſir & non plures:quodq; tantam claritatem ſolus optineat. ℃De ſemine Hyperionæo.Diogenes & Hippon Metapontinus:quos poeta nūc ſequitur.Liberos ex ſolo patris ſemine concipi diſputabant. Hyperion autem cæli terræq; filius: ut Heſio. ex Thia ut uero canit in hymnis Homerus ex Euryanaſſa ſorore:Solem Lunāque ſuſcepit & auroram. Sed & ipſe ſol hyperion & hyperionides a patre uocatur.Papi.Pronos hyperionis meatus. ℃Diſpare forma.alio ore.propter ipſius lunæ lumen in quo non manifeſtus ut in ſole calor:ſed ocultus quidam potius tepor eſt:ut ait Macrobius.℃Duces.præſides & autores.℃Auroræ. Diei.græce dixit apud quos ηωσ & ημέρα quandoq; idem ſignificant.ut quom Pegaſus ημέρσο equus ab aliis dicitur.quem Lycophron auroræ tribuit.℃Noctis. hoc ad lunam:quæ noctu lucet: inde noctiluca in palatio colebatur:ut ſcribit Varro.℃Thetis.Oceani coniunx ſolis & lunæ matertera.℃Præbet cunabula nutrit.Nam cunabula lectulos infantum dicimus:& ubi naſcuntur loca:a uerbo græco κυεῖν qđ eſt eniti.atque ita per occaſionem fabulæ rem naturalem percurrit. Nam ſol & luna: ut omnes alii cæleſtes ignes: humore nutriuntur.id quod innuit & Homer.qui Iouem per quem Sol intelligitur:cum cæteris diis ideſt ſideribus Oceani conuiuas eſſe dicit. & Oceanum deorum patrem: ac matrem Thetym. quæ dulces & Fontanas aquas repreſentat:ut antiquitas exiſtimauit.inde Pindarus inter elementa principem ſtatuit aquam q eius munere dii conſtarent. ℃Solatur gremio. ſinu fouet. & affectum nutricis expreſſit.℃Anhelos.radiis & luce coruſcos. Ceruleus nam Thetis numen eſt maris: quod proprio epitheto Ceruleum dicitur.℃Radiatur.fulget.℃Roſeis.a colore luminis.aut pulchris.Vergil.Roſea ceruice refulſit.ſed hoc epitheton in uenere poeta affectate quæſiuit ab hiſtoria. Nam flos roſæ Veneri ſacer eſt:ut exponemus.℃Alumnis. ſole lunaque quos educabat. Sed & quæ nutrit Alumna latine dicitur. Vergil. ad Meſſalam. Non illa quidem communis Alumna omnibus iniecta tellus tumulabit harena.quod exemplum ſatis eſt arbitror tuendo Seruio contra Vallæ callumnias.℃Titana. ſolem: cuius pater Hyperion unus Titanum fuit:ut eſt dictum.℃Inualidum.nondū ſuis uiribus.℃Grauem luce.radiis.℃Criſtatum.hoc ait q e ſolis capite radii profunduntur:inſtar Criſtarum quæ extant a cono galeæ. Ouid.circum caput omne micantes depoſuit radios.℃Alte pubeſcentibus. longe fulgentibus Statius in Thebaid. Ignipedum moderator equorum Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcum imprimat.℃Primo æuo.puerilibus annis.℃Fingitur.a pictoribus & poetarum carminibus: aut in ueſte expreſſus apparet.℃Clementior.remiſſo feruore:atq; ita ſuboſcure deſignat hiſtoriā.tradunt enim ſparſos ignes a media nocte paſſim micare:& ut lux appropinquat ita coire ac ſe coniungere: donec magis magiſq; collecti:pauciores ſubinde:& una ad poſtremum flamma ardeant.ea quom diu clara ac incendio ſimilis effulſit:cogit ſe ac rotundat & fit ingens globus:diu is quoq; grandis & terris annexus apparet.deinde paulatim decreſcens:& quanto decreſcit eo clarior:fugat nouiſſime noctem: & cum die iam ſol factus attollitur.Idemq; cotidie fieri dicunt atq; ita ſpeculantibus e ſumma Ida uideri refert Mella Pomponius.ex hac opinione Speuſippus cognominatum ſcripſit Apollinē ὡσ ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν q eius ſubſtantia conſtet ex multis ignibus.Percurrit & Lucre.libro quinto Aut quia cōueniunt ignes. & ſemina multa Confluere ardoris conſuerunt tempore certo Quæ faciunt ſolis noua ſemper lumina gigni.℃Læua parte.Siniſtro brachio.ſed altior in receſſu q̄ frōte ſenſus eſt.Nam græcus autor Seuerianus pluribus explicare contendit:ab opifice omnium deo:Solem primo factum: deinde lunam & eam quidem in occidentis confinio conſtitutam:in aduerſa uero cæli regione Solem.quod hic innuere uidetur Claudianus quom ſiniſtra Thetyos ulna lunam:dextra ſolem geſtari dicit.nam in Siderum ratione (quod docet Higynus)Cæli dextra pars oriens.Siniſtra occidens appellatur.

Sol unde.
Hyperion
Luna
Aurora
Aurora
Pegaſus
Cunabula
Sidera humore paſcuntur.
Aqua cur elementorum prima
Roſea Venus.
Alūnus ēt qui nutrit.
ſol ex multis ignibus cogitur
Apollo cur

Læua parte soror uitrei libamina potat
Vberis:& paruo signantur tempora cornu.
Tali luxuriat cultu.comitantur euntes
Naiades:& socia stipant utrinq; corona:
Quæ fontes Crimnise tuos:& saxa rotantem
Pantagiam.Nomenq; Gelan qui præbuit urbi:
Cõcelebrãt.quas pigra uado Camaría palustri
Quas Arethusæi latices:quas aduena nutrit

Lunæ calor humectat

¶Soror.luna.¶Potat.fugit.¶Libamina.lac & humoré.¶Vberis uitrei.Mammæ Tethyos æquoreæ deæ.quippe maris numina uitrea dicimus:ut ante est dictũ.Et hoc etiã perite.Nam ut calor solis exciccat:ita sua quadã natura:Lunæ calor humectat:ut affirmat Macrob.qđ aer ipse sentit & idicat:q ut ipa luna mutat: mõ in pluuiã resoluit:mõ multũ roris emittit.Inde lyrici carminis & græcus autor Alcmã:

Ros aeris & lunæ filius.

Aeris & lunæ filiũ roré dixit.humore terreno pasci sidera hoc argumẽto Plinius docet: ꝗ orbe dimidio nõnunq̃ maculoso cernant:id qđ in luna potissimũ spectamus.¶Paruo signant tépora cornu. hoc ait ꝗ luna prio post coitũ tépore corniculans apparet.¶Luxuriat. opulentius ornatur. ¶Cultu.ornatu. quid aũt ꝑprie sit cultus ostẽdit Tertullianus: & ab eo nos i Tibullũ.¶Comitant. officii gratia sequuntur. ¶Euntes.deas.nã cũ sequenti uerbo coniungere frigidũ é.¶Naiades.fontiũ Nymphæ de qbus multa cõmode. Illud nolí te fugiat Veneré:Florã:Proserpinã:& Fontium Nymphas : quas hic conuenisse poeta fingit : studioꝝ similitudine iunctas esse: quapropter antiquitas iis oibus eodé gñe: qđ Corinthiũ dr:aras cõstituebat.ut ait Vitruuius.Sed de Flora ne forte qs ambigat: meminerit illam pratoꝝ numen habitã:quo deæ sese cõferunt.¶Stipãt.præmuniunt.inde stipatores lateꝝ custodes:ut scribit.Seruius.¶Corona.rotũdo cœtu.¶Quæ fon.cõmemorat oẽs amenos secessus & amnes ꝓxima regiõe Syciliæ.quoꝝ genios:& Nymphas ꝓserpinæ comites accessisse dicit.¶Erasine.Erasinos fluuios tris accepimus.unũ q rigat agros argiuos:Alteꝝ q secat arcadiæ tractus.tertiũ q præterfluit Eretrios i Bœotia.cuius Strabo meminit & Papin.Dyropũq; trahens Erasinus aristas.Dryopes.n.ꝑpli sunt ad Parnasum:qbus Apollinis & Diæ Lycaonis filius nomen dedit. ut græcus autor scribit Elius . Ego tñ hic Crimnise legendũ puto.Nã Siciliæ fluuius Erasinus nusq̃ extat apud autores.Crimnisus uero Maronis carmine Plutarchi nostrorũq; historia celeberrimus est:& Aceste filio:quem sustulit ex Egesta Phinodamantis puella:in Siciliã deportata cũ sororibus:edicto Laomedontis.ꝗ is Hesionem ceto exponere Phinodamãtis factione coactus erat.Hæc Alicarnasæus Dionysius & Interpres Lycophrõis.¶Cõcelebrãt. colunt:& frequentant.¶Pantagiam.hunc nõnulli uocant Hippatin Maro tamen & Silius Pantagiam: quem Seruius a sonitu dictum putat : Claudianus απο του πανταχου αγειν quod obuia quæq; prosternat ac secum rapiat.Hoc.n.significat saxa rotantem.¶Nomenq; gelan qui præb. urbi cunctas fere Siciliæ ciuitates a præterfluentib⁹ nomen traxisse scribit Duris.Syracusas:Himerã Selinũta:Phœnicũté,Erycũ:Camicũ:Alycũ:Thermũ:Camerinũ:Gelan.Sed ipse fluuius ita dictus est:ab atra nimiaq; nebula quã exalat.quippe caliginem barbaro quodã noĩe Siculi Celan uocãt:autor Stephanus. Hellanic⁹ & Proxenus appellatam ꝓdunt:ab Hymari filio Gelono ex Aetna suscepto.Aristanetus aũt de Phaselide scribẽs libro prio. Ait Laciũ & Antiphemũ cõsuluisse Apollinis oraculũ:alterũq; ex iis Antiphemũ:uatis parnasiæ dictionem risu ꝓsecutũ:inde Coloniæ quam comunibus auspiciis uterq; deduxerunt:nãsisse nomen γελα:qđ est latine risit. Artemon arbitrat ab amne nomen sortitã.atq; Eutimũ pro Lacio noiat ex insula Creta.cõuenit in Antiphemo:quem & ipse Rhodiũ fuisse scribit.¶Quas. Nymphas.s. nutrit.¶Camarina.Siciliæ palus:unde ꝓxima regione ciuitas Camarina Syracusanoꝝ Colonia: ut refert Strabo.quã Duris neutro genere Camarinũ dixit:ut ante docuimus. eius incolæ quõ sortem petissent:an conduceret uicinã paludem:urbi grauem:& q̃ pestilentiã plærũq; induceret exiccare. Apollo respondit. ακινειν Καμαριναν.quo monebat:ut finerent Camarinã . Sed ii spectata pñti tantũ utilitate exhauserũt.qua parte nõ multopost ingressis hostibus neglectæ religionis pœnas dederũt.autor Zenobius,Camarina præterea pessimi odoris herba est:quæ concussa nauseã facit ut legimus apud Suidã ide natũ prouerbiũ:caue moueas Camarinã:quod aliis a superiori historia manasse placet . ¶Pigra.nã palustres aquæ ꝑpetuo sedent:uñ stagna dñt.aut expressit illud Maronis.Fato nunq̃ cõcessa moueri.¶Latices Arethusæi.Fons Arethusæ.q pluribus i locis reddit in Eubœa cuius aquas q potant:a uirtute bellica cõmendant Apollinis oraculo.eiusdem Neptũniq; filius Abas fuit. unde Chalcis : ut Aristocrates ait:appellata abãtis est.Alter Boetiæ ꝓpe Thebas:ut legimus apud Soli.Deniq; Didymus i Homeri cõmentariis octo memorat.ut uerũ putem:qđ interꝑtatione græci noĩs Heracleon Glauci filius scripsit. Arethusam cuiuscũq; fontis esse epitheton. ab αρδευω frequentatiuo qđ significat irrigo . Arethusam siciliæ fontem celebrat ét Pindarus:in quo iacta in Alphæũ reddunt.ut inter naturæ miracula retulit Aristoteles.¶Alphe⁹.is eodem fonte cũ Eurota cõcipit i Arcadia.fonté Dionysius Apher Aseã uocat: i quem demergi Erasinũ: cuius añ meminimus:Strabo tradit . q̃q̃ in latinis eius Cõmentariis nõ Asea sed Abia corrupte legit.Eurotas laconiã præterlabit:Alphæus Olympiã:q peloponesiaco lateri infunditur:ut scribit Plinius:appellatus a uitiliginibus quas emendat:nam uitiligenes αλφους græci dicũt. ¶Aduena.nam caput i Arcadia tollit:uñ cuniculo depressus i Siciliã fluenta ꝑducit : ut Timeo placet

Erasinus fluuius. Dryopes q & unde. Crimnisus amnis Egesta. Acestes. Pantagias. Siciliæ ciuitas a ꝑterlabentib⁹ fl. Syracusæ. Gela flu. & urbs uñ. Gelonus Hymarus Lacius Antiphemus. Camarina unde

Arethusa fons unde Abas Abãtis Euboea cur Alphæus Asea fons Strabonis menda

quod fabulosum nõ esse: captatis aliquot documentis compertũ ẽ. plura leges apud Straboné. ℭ Cyane. Siciliæ fons iuxta Syracusas: qui nõ uiri speciẽ: ut Anapus: sed mulieris ore colebaẽ: ut ait Aelianus eiusdem Nympham Anapus amnis amauit: qui decẽ stadiis procul a Syracusis labitur: ut tradit Plutar. fabula extat apud Ouidium. ℭ Cohors legionis pars. ea constabat ex uiris septingentis armatis: ut ait Callisthenes: ducentis ut Ephorus: dimidio paucioribus. ut Plut. dicta uero cohors ẽ a similitudine cohortis uillaticæ: nã ut illa pluribus tectis: ita hæc ex instructis manipulis coniũgebatur. autor Varro.

Cyane
Anapus
Cohors

Alphæus. Cyane totum supereminet agmen.
Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis
Pulchra cohors. quotiẽs arctõ populata Virago
Hippolyte: niueas ducit post prælia turmas.
Seu flauos strauere Getas: seu forte rigentem
Thermodoontiaca Tanaim fregere Securi:
Aut quales referũt Baccho sollenia Nymphæ

ℭ Amazonidũ. Amazones (ut Ephorus ĩ nono tradit) reuersos a bello uiros: a qbus despiciebantẽ intra moenia nõ receperunt: obtruncantis ẽt iis qui domi relicti fuerãt. Narrat Dionysius easdẽ Lybiam tenuisse: domitisq; bello finitimis arma tulisse ĩ Europam: multasq; illic urbes: monumentũ uictoriæ ab eisdem conditas extare. Qui & ipsos Atlantes bellica uirtute clarissimos prælio superatos in potestatem redigisse. Zenothẽis in Aethiopia statuit Amazonas: quæ stato quodam anni tempore: uicinorũ cõcubitus appeterẽt. necatoq; uirili prolẽ: tñ uirgines educarẽt: nõ ocio aut lanificio: sed armis. atq; uenationibus exercentes. Infantũ dexteriores mamillas inurebant: ne sagittarum iactus impediretur: unde nomen: ut Diodoro placet. Alii dictas aiunt ab Amazone puella Samornæ filia: cuius mater Samorna Dianæ sacerdos Ephesi fuit & Regina. Neq; diminutiua forma hic est Amazonidum: sed porrectio: qua Rhodius Apollonius: Apherq; Dionysius apud græcos: & e nostris Vergilius usus est. iis enim quæ uiribus adeo præstiterunt diminutio nõ conuenit: ut ingeniose scribit Eustathius. hoc argumento Martialis in Cottam iocatus est. Bellus homo & magnus uis idem Cotta uideri: Sed qui Bellus homo est Cotta pusillus homo est. ℭ Exultat. ouat & lætitia gestit. alluditq; ad illud Vergilianũ de Camilla: Exultat Amazon. ℭ Ademptis peltis. omissis scutis: quæ breuissima: atq; in modum dimidiæ Lunæ gestabant Amazones. Verg. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilæa furens. ℭ Virago. heroicæ idolis mulier. ℭ Hippolyte. Hæc Amazonib⁹ imperauit: paulo ante bellum Troianum: quam Theseus uxorem duxit. ut refert Clidemus. Alii cum Philochoro malunt Antiopen. ℭ Populata arcton. debellatis ad Aquiloné gentibus. nã diripi nisi captæ urbes non possunt. aut absolute prædata. Arcton præterea neutro genere: Cyzico mons imminet: ut Apollonius canit: a Iouis nutricibus quas illic in ἄρκτους. i. ursas migrasse tradunt. ℭ Ducit. appolite. nam qui cum imperio sunt Duces: & exercitum ductare dicuntur. usurpauit autem Maronis uerbũ de Penthesilæa: quod pauloante retulimus. ℭ Post prælia. exhaustis armis & parta uictoria. ℭ Turmas. quæ certabãt ab æquis: & hoc in Amazonibus commode: quæ post hominum memoriam primæ: si Lysiæ rhetorici credimus: equos cõscenderũt. ℭ Niueas. candidas & formosas. ℭ Strauere. ꝑlio fuderũt. ℭ Getas. hos. Apher Dionysius ad Aquiloné statuit ĩ Scythia: nõ procul ab Istro fluuio. Thraciæ cõtribuit Herodotus. utraq; Danubii ripa prætẽdi Srabo dicit: ut Mysos & item Thracas. Geta seruile nomen est apud Comicos. nam inde uenales serui mittebantur. Propterea Sedulius quom scoenicas insectaretur fabulas. Comicas actiões ex ea persona quæ frequens inducebatur designauit. Tragicoue boatu Ridiculo ue Getæ. Quis nõ multo magis ipso Geta ridiculos ducat: eos qui uegete legendum putant: integra dictione: uegetes quidẽ ꝓ uini Cado (qđ equidẽ sciam) ponitur a palladio: sed hic ita conuenit: ut nihil minus. cõdonemus tñ hoc istis: qui non possunt a mero discedere; cui semel addicti sunt. Securi. Securis Amazonum propria fuit: a Penthesilæa Regia inuenta: ut scribit Plinius: inde Amazones ipsæ Securigeræ. Ouid. Prima securigeras ĩter uirtute puellas. ℭ Thermodontiaca. Thermodon: ut de rebus Tigranis primo scribit Metrodorus: Araxes antea dicebatur: Cappadociam perfundens quatuor ac centenis ostiis in mare se cõdit ut longo carmine tradit Apollonius. ad eius ripas Amazones consedisse Pherecydes autor est: in cãpo: quem Diantis appellari supradiximus. ℭ Tanaim. Scythiæ fluuium: quem Caucasi iuga fundũt: ut ait Dionysius: per patentes Scythiæ campos: magno aquarum auctu diffunditur: inde Tanais ab effectu græci nominis dictus est: ut placet Eustathio. Sylis Iaxartes: & Amesines ab indigenis appellatus. Quippe nonnulla locorum barbara nomina: ad græcam rationem reducuntur: ut docet Nicanor. Asiam diuidit ab Europa. Rhenius Fannius in orbis ambitu. Europen Asiæ Tanais dissuhgit ab oris. quaq; meotidi comittitur: eiusdem nominis habet oppidum: quod alio uerbo Emporium dicitur: ut autor est Alexãder Polyhistor. ℭ Rigentem. astrictum glacie: quod mirum non est: in ea regione ubi uinum cõcrescit: ut scribit Ouidius. duplex Amazonũ sedes fuit: alterã ĩ Scythia: altera uero in Thracia. Sallu. Dein campi Threicii quos habuere Amazones a Tanai fluuio. ĩcertũ quãobrẽ digressæ: utrãq; Tanais & Getaꝝ mẽtione poeta designauit. ℭ Aut quales. Comparatio duplex imitatione Maronis & Homeri. ℭ Nymphæ. Liberi patris ministri: Sileni: Satyri: Bacchæ: Lenæ: Thyiæ: Mimallones: Naides: Tytiri: deniq; Nymphæ

Amazões quæ & uñ,
Amazonidas quasforma poetæ dicant.
Martialis iocus enucleatus.
Hippolyte
Arcton
Amazões equos priæ cõscẽderũt
Getæ populi.
Geta seruus.
Sedulii locus.
Thermodon.
Tanais amnis unde.
Sylis Iaxartes Amesines
Amazonũ sedes
Liberi pris ministri.

dicũtur:ut ſcribit Strabo.qui uites repreſentant: ut arbitratur Euſtathius.℃ Mœoniæ.lydæ.nam lydi: quos antiquo nomine Mœonas appellari docuimus:præcipuo cultu Bacchũ proſequebãtur.ut é apud Eurypidem.is apud eos arcana ſacrorum ratiõe Maſſares appellabatur:a quadam Cybeles famula cui nomen Ma:& Ares qui græce:latine Mars.Nam quom Ma nutriendum liberum ſuſcepiſſet: & Iunonem cælare cuperet:Martis eſſe filium ſimulauit.inde liber Maſſares.& ab eo Maſtaurenſes in lydia populos exponit Stephanus.℃ Referunt.inſtaurant.℃ Sollennia.hic tantum feſta ſignificat.nam Bacchi ſacra:non quot annis:ſed triennio quoq; celebrabãtur: unde Trieterica dicta ſunt.

Maſſares Liber apđ Lydos

Mœoniæ:quas Hermus alit:ripaſq; paternas
Percurrunt auro madidæ.Lætatur in antro
Amnis:& undantem declinat prodigus urnam.
Viderat herboſo ſacrum de uertice uulgus
Aetna parens florum:curuaq; ĩ ualle ſedentem
Compellat Zephyrũ. Pater o gratiſſime ueris
Qui mea laſciuo regnas per prata meatu
Semper:& aſſiduis irroras flatibus annum:
Reſpice Nympharum cœtus: & celſa Tonãtis
Germina:per noſtros dignãtia ludere campos.
Nunc adſis faueaſq; precor:nunc omnia fœtu
Pubeſcant uirgulta uelis:ut fertilis Hybla
Inuideat:uinciq; ſuos non abnuat hortos.
Quicquid Thuriferis ſpirat Panchaia Syluis:

Bacchus unde Bacchus coronæ genus. Hermus

℃ Bacchus.lib.απο του βαχειν appellatus.i.ab incõdito ululatu:quẽ Lymphatæ mulieres ĩ ei⁹ orgiis edebãt. adiecta lſa.C. quo uaſtior ille mænadũ ſonus in ipſo dei noie redderet.autor Euſtathius.Eſt & coronæ ſpecies Bacchus apud Piſidẽ.℃ Hermus.Smyrnæ cãpos interſecat in Ionia:delapſus a monte Dorylao: Phrygiam ſcindit a Caria quod Herodotus in Homero tradit:& Martian⁹. Eundem Iouis filium fingit Homer⁹:Heſiodus Tethyos & oceani.℃ Percurrunt. nam Mænades incitatæ rapiebanť.℃ Auro madidæ. hoc ait:quoniam Hermus auratas habuit harenas: autoritate Strabõis & noſtrorum notiſſima. ℃ Lætatur.cõparationis occaſione demõſtrat:quantopere liberorum ſucceſſu parẽtes afficiunť.℃ Amnis.fluuius qm̃ flexuoſo meatu labitur.ab Am:quæ particula:ſi Macrobio credimus:idem ualet quod Circum. inde uocatus eſt Annus ut placet Atteio.℃ Prodigus.maiores aquarum auctus effundens.℃ Declinat.uergit.℃ Vrnam.Fluuiorum deos ita uetuſtas effinxit ut aquæ manalem urceum tenerent. Vergil. Celataque amnem fundens pater Inachus urna.℃ Aetna. uel Enna non oppidum ſed loci genius. ℃ Parens florum: campus Ennẽſis in floribus ſemper eſt:& nullo non die uernus ut ait Solinus:& Cicero. Sed utroq; prior Ariſtoteles inter naturæ miracula flores illic tanta copia tantoq; odore prouenire ſcribit:ut neq; Canes ſagire:neq; niſi per uim abduci inde poſſint.℃ Viderat.ut numen.aut eſt dura tranſlatio.℃ De uertice.quia ſummo in colle ſita ciuitas eſt:ut ſcribit Strabo.℃ Herboſo.florulento.nam flores ab herbis ſunt.℃ Sacrum uulgus:dearum cœtum.quanquam proprie uulgus eſt incondita multitudo:atq; in cõtentum fere trahitur.Gellius.uulgus loquacium nebulonum.℃ Compellat.alloquitur.℃ Zephyrum. Fauonium qui flat ab occaſu æſtiuo:ut refert Strabo.℃ Sedentem in curua ualle.Zephyrus in conuallibus propterea ſedere fingitur: quoniam flores & herbæ: quas ut canit Heſiodus eius aura producit: uberius illic proueniunt.Heſiodi carmen ita Catullus apud nos interpretatus eſt. Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni.℃ Pater o gratiſſime ueris. Primus anni conceptus eſt flare incipiente Fauonio: .vi.Idus Februarias.Hoc enim maritantur uireſcentia:hic eſt genitalis ſpiritus mundi:a fouẽdo dictus: ut quidam exiſtimauere.uer inchoans.Catulitionem ruſtici uocant:geſtiẽte natura ſemina accipere:eaque animam inferente omnibus ſatis.℃ Pater ueris.nam uer inchoat:ut ex Plinio recitauimus. ℃ Gratiſſime.quia formoſiſſimus tunc annus eſt:ut ait Maro.℃ Laſciuo meatu.quo ſpirante non ſolum plãtis & ſatis:ſed cunctis animantibus:ac ipſis etiam hominibus ueneris titillatio maior eſt. Hinc Alcmæon Cupidinem Chloridos & Zephyri filium dixit.℃ Irroras.appoſite. Nam Roſcidus. hic uentus eſt. Callimachus in Apollinem.Ζεφυρου πνειον του ερσην.ideſt Spirãtis rore fauoni. Ros autem terram fœcundat:ut legimus apud Plinium.℃ Aſſiduis flatibus.nam perpetuum uer eſt in campo Ennenſi.℃ Celſa tonantis germina.nam tres iſtæ deæ filiarum Iouis maxime cenſentur: & in diis ſelectis: ut Ennii teſtimonio Capella docet.℃ Velis.iube.Contra Terentius iubeo Chremetem ſaluere.℃ Virgulta.Syluas atq; arbores.℃ Pubeſcant.pullulent & grauentur.℃ Fœtu.pomis ac floribus. ℃ Hybla.Hyblas in Sicilia tres omnino legimus.Hyblam cognomento maiorem:quam Claudianus intelligit: aliã quæ minor dicta eſt. cuius incolas Hyblæos Galeotas & Magarenſes uocabant: quom a priore Hyblæi tantum dicerentur. Tertiam quam alio uerbo appellant Heran omnium minimam. Ex iis unam de rebus Siculis quarto Tyellam dici Philiſtus refert.Italiæ præterea ciuitas Hybla fuit.Siculis Hyblus ut uocat Stephanus:ut Thucydides Hyblo Rex nomen dedit.℃ Fertilis.fecunda mellis autoritas Hyblæ tributa eſt:unde licet conicere:eandem floribus abundaſſe: quos apes ſectantur. ℃ Non abnuat. fateatur.℃ Suos hortos.qui florum copia præſtabant.℃ Panchaia:Sabeorum regio Thurifera ſoli cõſecrata.quo rediuiuus Phœnix nidum defert.Ouidius in.x.metamorph.Sit diues amomo Cinnamaq;

Amnis. Annus. Aetna: uel Enna ſemper in floribus. Zephyrus. Fauonius genitalis & unde. Cupido Zephyri filius & Floræ. Hybla oppid. Hera ciuitas. Panchæa.

costumque suum: sudataq; ligno Thura ferat: floresq; alios Panchaica tellus. Flagrantissimo solis sideri subest Arabia propterea gignit odoramenta. quæ tunc præstantia multaque proueniunt: quom solis ardoribus in terræ uenis humor excoquitur. autor Theophrastus: repetit & Plutarchus in Alexandro. ¶ Hydaspes. Indiæ fluuius influit Acesinem nauium patiens: ut Arrhianus: eoque prior Strabo refert. ¶ Longe blanditur. nam fragrans odor Aromatum quæ nascuntur ad eius ripas: etiam ab iis qui procul absunt summa cum uoluptate sentitur. & hoc est quod ait blanditur. Blandiuntur enim nobis quæcunque iuuant.

Arabia cur thurifera

Hydaspes

Quicquid odoratus longe blandit̃ Hydaspes:
Quicquid ab extremis ales longæua colonis
Colligit optati referens exordia secli:
In uenas disperge meas: & flamine largo
Rura foue: ut merear diuino pollice carpi:
Et nostris cupiant ornari Numina sertis.
Dixerat. ille nouo madidantes nectare pennas
Concutit & glæbas fœcundo rore maritat.
Quaq; uolat uernus sequit̃ color. oĩs ĩ herbas
Turget humus: medioq; patent cõuexa sereno.
Sanguineo splendore rosas: Vaccinia nigro

¶ Ales longæua. Phœnix: qui sexcentos & sexaginta uiuit annos: ut tradit Manilius: apud Arabas nascitur: Aquilæ magnitudine. capite honorato: inconum plumis extantibus: cristatis faucibus: circa colla fulgore aureo: cætera purpureus absque cauda: in qua roseis pennis cæruleus inscribitur nitor. moriturus rogos sibi struit ex cinamis & uariis odoramentis concussuq; alarum incenditur. Vermiculus mox nascitur ex cineribus: unde alter Phœnix crescit. qui primũ reddit iusta Phœnici mortuo defertque totum nidum in Panchæam ad solis urbẽ ibiq; collocat. Autores. Ouid. Plinius: & Solinus. Extat & Lactãtii Firmani carmẽ: argumento Phœnicis & nomine: non iniucundum. ubi uox Iulæa quid sibi uelit nonnulli quom ambigant: operepretium duximus dubium non relinquere. Iulus bestiolæ genus est apud Lycophronem quam Centipedam uulgo uocant: & Theophrastus ad Phaniam scribens Onon. Significat & hymnum Cæreris Eratostheni: Græcorumque nonnullis pubertatem: quæ nomen dedit Ascanio. ut inde forsan Iulæas uoces liquidas appellarit: quales in pueris fere sentimus. ut aliqui suspicantur. quorum sententiam cur non probem facit: Quod primæ Lanuginis adolescentes: quos per Iulos intelligi uoluerunt: liquida uoce non sunt: immo tum primum uirilitatem suam experti raucescũt. Placet igitur intelligas Iulæas uoces suaues. Nam Iulis oppidum fuit insulæ Ceæ: Simonidis (ut Theocritus canit) patria: qui Melicus a suauitate cantus dictus est. quod in Suidæ monumentis & apud Eustathium legimus. Idem primus cecinisse nenias dicitur: quarum meminit Catullus. & Orat. ¶ Ab extremis colonis ab iis qui colunt ultimos orbis fines. ¶ Optati secli. Legitur & optato. ¶ In meas uenas. spiramenta. ¶ Foue. allusit ad uenti nomen: qui Fauonius dictus est a fouendo: ut Plinii testimonio iam docuimus. ¶ Merear. digna ducar. ¶ Carpi. secari. ¶ Diuino pollice. dearum digitis. ut ex agro meo deæ flores colligant. ¶ Cupiant ornari nostris sertis. optent Coronari nostris floribus. ¶ Dixerat. hæc Enna. ¶ Ille. Zephyrus. ¶ Concutit. agitat. ¶ Pennas. alas quas fabulæ uentis tribuũt: ut antediximus. ¶ Madidantes. imbutas. ¶ Nectare. diuina potio nectar est. sed hic arcana ubertatis uis intelligitur: quam satis & arboribus infundit Fauonius. ¶ Glæbas. humum. ¶ Maritat. Plinii uerbo usus est. qui de Zephyro scribens: hoc inquit uirescentia maritantur idest fœcunda redduntur. ¶ Fœcundo rore. genitabili succo. ¶ Volat. spirat. sed ad corpus & pennas allusit: quas pauloante uento tribuit. inde nõnulli superius Carmen. Qui mea la. reg. per pr. meatu. legere uolatu maluerunt. ¶ Vernus sequitur color. succedunt flores quã multi & uarii sunt ineunte uere. aut certe uernũ colorẽ pro uiridi posuit a tpe quo uirescũt oĩa. Verg. & nunc omnis ager nunc omnis parturit arbos. ¶ Turget. fermẽtescit. a mulieribus sumpta translatio: quarum post conceptum: tumet uterus. ¶ In herbas. ad edendos flores: qui sunt ab herbis. ut dictum est. ¶ Medioq; patet conuexa sereno. nam quom proximæ quæq; regiões p anni tẽpus. i. hyemẽ: nubibus prægrauẽtur solus Ager Ennẽsis sereno fruit̃ Cælo. qđ in eodẽ tractu Syracusis accidit. Solinus. Syracusis inquit etiam quom hyberna conduntur serena: nulla nõ die sol est. ¶ Patent cõuexa. aptũ cælũ. qđ in Serenitate fieri dicitur. Verg. Cæloq; inuectus aperto. i. sudo. ¶ Medio sereno. nam quom undiq; circum loca nubila sint: ut diximus: medium cæli spacium quod Ennẽsibus campis imminet serenum est. O ridiculos quosdam. qui cuiusmodi homines sunt: ad poetæ sensum quom non aspirarent: & mutilatum locum suspicarentur: ut omnia quæcunq; ipsi non percipiunt: contexere sagum purpuræ tentauerunt. idest Claudiani uersibus ineptissimum suum carmẽ inserere. ¶ Induit. nõnulli codices habẽt imbuit. hoc est inficit. quod non displicet. ¶ Sanguineo splendore. puniceo colore. nam plærumq; scriptores ex ipsis rebus colorum uocabula mutuantur. & flammeũ: croceum: aureum: Ostrinum dicunt: & Sanguineum. qnod hic ab historia posuit Clau. alludens ad ueneris cruorẽ quo rosæ flos quom prius esset albus infectus est. ut refert Aphthonius. ¶ Vaccinia. Arbor hæc

Phœnix auis.

Lactantii locus

Iulus quid

Onos.

Iulis

Simonides melicus.

Vernus color.

Syracusarum amœnitas.

Colorum uocabula ex rebus

Rosa quare purpurea.

in Italia aucupiorum gratia tantum feritur:in gallia tinguendis etiá feruoꝝ ueſtibus . eius tincturæ ra-
Vacciniú. tionem tradit Vitruuius.℄ Nigra.Maronis epitheton.Alba liguſtra cadunt Vaccinia nigra leguntur.
Ferrugo ℄ Pingit.eadé ſententia:ſi leges tinguit.ut alii ſcribút.℄ Ferrugine.ex interpretatione Seruii: purpura
nigriore.Siue Cæruleo colore:quod Nonio placet.nam ferrugineos hiacynthos Verg.etiá dixit.℄ Dul
ci.alluſit ad illud Maronis.ſuaue rubés hiacynthus.℄ Quæ cingula.per cóparationes amplificat ame-
Cingula nitaté prat oꝝ.Cingula fœminino genere dumtaxat í equis dicit.Ouidius.Cingula lædit equú.neutro
Cingulum in hominibus.℄ Parthica.Parthia quanta

Induit:& dulci uiolas ferrugine pingit.
Parthica quæ tantis uariantur cingula donis?
Regales iunctura ſinus? quæ uellera tantum
Ditibus aſſyrii ſpumis fucantur aheni?
Non tales uolucris pandit Iunonia pennas.
Non ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiés redimitur hyems.quom tramite flexo

Parthi qui eſt:a meridie rubrum mare: a ſeptemtrióe
& unde hyrcanum ſolum claudit . í ea regna duo-
deuiginti diſſecantur in duas partes:ut ait
Solinus.a ſchythis unde tranſfugerát par-
thi uocati ſunt:ita.n.gétili ſcytharum ſer
mone exules dicuntur : ut ſcribit Trogus.
Babylo- Babylonicas a propinquo Zonas ítelligit
niæ in modum uernationis anguineæ .i. exu-
Zonæ. uiarum quibus ſenectutem coluber exuit.
has illi nouo noíe uocant Henias ita tereti
textu:ut Marſyppia putes oblóga . Cocci-
neo ſub tegmie:purpureo: & hiacynthino
cóſtant.ſtamine uero ad firmitaté & decoré biſſino.ſic arte polymitaria diſtinctæ:ut uarios í iis flores &
gémas artificú manu nó textas: ſed íſertas arbitreris.Hæc accepimus ex Hieronymo.Neq; nó cóuenit:
Parthoꝝ ut ſimpliciter regú Parthoꝝ cingula intelligas:qui pictis ueſtibus utebant:ut tradit Plinius. inde picti
Reges dicunt a Martiale.Pictoꝝ ſola baſiate Regú.℄ Iunctura.legitur & uinctura.utrunq; recte. ℄ Regales
picti. ſinus:Exageratio.nam reges luxurioſius ueſtiunt.℄ Variátur.diſtinguunt.℄ Quæ uellera.quæ lanæ.
Fucare negat & hæc interrogatio.℄ Fuſcát.in fidelioribus & antiqs exéplaribus:fucant ſcriptú é.q lectio mi-
Fucatæ hi magis adulat.ab herba fuco marino qua ueſtes in Creta tinguunt:ut refert Plinius. íde fucare & ab
mulieres eo paſſiuú fucor.qd' eſt coloror:& fucatæ mulieres.quæ uitia corporis íductis coloribus tegút.℄ Spu-
mis.Ebulliéte Muricis cruore.℄ Ditibus.opulétis.i.plenis:aut precioſis. ná purpura uel a ſaturitate co
Tyros loris ut Dibapha:uel a præſtátia cómendatur.℄ Aheni.Cortinæ.℄ Aſſyrii.Tyrii.Nam Tyros & Sidon:
Sidon ubi primæ Laudis purpura tinguebatur: Phœniciæ ſunt urbes:aſſyriæ contributæ . Sed Andro qui de
Phœnicia rebus ponticis græce ſcripſit:Phœnicum fines Syros appellari non Aſſyrios autumat.inde Cappadoces
Aſſyrii inquit:ad tollendam uocis ambiguitatem:Leucoſyri coniuncto nomine memorantur.Philoſtephanus
Syrii tñ eoſdem:quos Andro uocat Aſſyrios:Syros dici cótédit a Syro Sinopes & Apollinis filio.Philoſtepha
Leucoſyri no Plutarch.accedit.quanuis apud eum: Sinopes Aſotidis mendoſe legatur . quom Sinopes Aſopidis
qui & cur. ſcribendum ſit:ab Aſopo amne.qui Sinopes pater fuit:ut Aphri Dionyſii carmen innuit.Nuſquam ma
Syrus. ior autorum inconſtantia.Eſt quando Syros Herodotus accipit:quos arabicum pelagus alluit. Syriam
Sinope. præterea paleſtinam memorat : & in ponto Syros Thermodontis & Parthenii fluminis accolas prope
Plutarchi Macronas.Strabo tñ Aſſyriam iu proxima Babyloniæ regione nouit:in qua Ninus & Niſibus urbes:&
menda. ad orientem ſolem deuexa Meſopotamiæ pars Adiabene . Syriam uero quæ complectatur : Aegyptios
Cappado- Phœnicas Cilices & aliquot Euxini populos : & ad uſq; Sinopem pertendat . In Aſſyriis cum Strabone
ces unde conuenit Arrhianus.additq; Cappadocas ita dictos a Cappadoce Nini filio:quom prius aſſyrii uocaren
tur.Oppianus etiam poeta Cilix: cuiꝰ ut domeſtica quidem teſtis plurimum ualere debet autoritas : Ti-
gridis amnis accolas Aſſyrios nominauit.Xenophon Syros ab Aſſyriis ubiq; ſeparat.Herodotus(ut an-
te dixi)cófundit:Eoſdéq; Syros a græcis: Aſſirios a barbaris dici putat.quem Cateruatim poetæ ſequu-
ti ſunt.& hic Claudianus.℄ Non tales.non adeo ſpectanda pulchritudine uarias.℄ Volucris Iunonia.
Pauo Pauo qui Iunonis ales eſt.Martial.Nunc Iunonis auis:ſed prius Argus erat.& Iuuenalis . de Pauone . ut
Iunonis Pueri Iunonis auem.Extat apud Ouidium fabula.ſed is tantum tradit Argi:quem Mercurius extinxit:
auis. oculos in eius uolucris pennas a Iunone tranſlatos:neq; qd' Martial.& alii prodiderunt Argú ex hoíe
in aué mutatú Quin teſtari potius uidetur Ipſum pauoné í tutela Iunonis fuiſſe priuſq̃ Argus occide-
ret.Oui.de luminibus Argi carmé é hoc.Excipit hos uolucriſq; ſuæ Saturnia pennis Collocat:& gémis
caudá ſtellátibus ſplet.℄ Pádit.explicat.pſertim laudatꝰ:ut Naſo canit . & aduerſo ſole qa ſic fulgen-
tius radiant:omneſq; in aceruum contrahit pennaꝝ quos ſpectari gaudet oculos.autor Plinius. ℄ Inci
piens hyems: Autumni periphraſis.tradit Ariſtoteles poſt Autumnale æquinoctium:qualibet hora di-
ei arcum fieri.æſtate non fieri niſi incipiente & inclinato iam die . ℄ Redimitur coronatur . & alluſit ad
Arcus qñ ipſius Arcus imaginem:quæ dimidium Coronæ orbem repreſentat . ℄ Innumeros Arcu mutante co-
frequen- lores.ingenioſe tranſpoſuit illud Vergilianú.Illa uiam celerans per mille coloribus arcum . laſciuit & í
tior. hoc:ſuo more:noſter Ouidius.Qualis ab hymbre ſolet percuſſus ſolibus arcus Inficere ingenti longú
curuamine cælú: In quo diuerſi niteát quom mille colores Tranſitus ipſe tamé ſpectantia lumia fallit,

Semita discretis inteuiret humida Nymbis.
Forma loci superat flores.curuata tumore
Paruo planicies: & mollibus edita cliuis
Creuerat in collem.niueo de pumice fontes
Roscida mobilibus lambebant gramina riuis.
Syluaq; torrentes ramorum frigore soles
Temperat:& modico brumā sibi uendicat æstu
Apta fretis Abies.bellis accomoda Cornus.
Q uerquus amica Ioui.tumulos tectura cupss⁹
Ilex plena fauis.Venturi præscia laurus

ℭ Semita humida.Dubium non est:inquit Seneca:Quin Arcus imago solis sit roscida & caua nube cō cepta.Videmus enim quom fistula aliquo loco rupta est:aquam per tenue foramen elidi:quæ sparsa cō tra solem oblique positum:faciem Arcus repræsentat.Idem uidebis accidere si quando uolueris obseruare fullonem quom os aqua impleuit:& uestiméra tendiculis diducta leuiter aspergit: apparet uarios edi colores ī illo aere asperso:quales in arcu fulgere solent. Huius rei in humore causam esse non dubitaueris.Quidam esse aiunt aliqua stillicidia q̄ solem transmittant: quædā magis coacta quam ut transluceant.Itaq; ab illis fulgorem reddi:ab iis umbram:& sic utriusq; intercessu effici Arcum:in quo pars fulgeat quæ solem recipit:pars obscurior sit quæ excludit. ℭ Interuiret.atqui uidemus in eo aliquid flammei:aliquid lutei:aliquid cerulei:& alia in picturæ modum subtilibus ducta lineis: ut ante diximus ex Ouidio. sed ii colores aut remissi aut intenti uiridis omnes sunt: qui maxime ī arcu spectatur: aut exponas interuiret: inter alios colores etiam uiret. hoc magis placet. ℭ Discretis Nymbis. sectis nubibus. ℭ Forma loci. Situs Ennensis campi.quem mira carminis energia poeta describet. ℭ Supar. excedit & lōge præstat. ℭ Flores. quos illic spectatissimos: & copiose nasci ꝑposuit. ℭ Curuata tumore.Ordo est.Planicies curuata hoc est assurgens:paruo tumore. modica uerruca(ut Cato uocat)& edita mollibus cliuis.clementer educta sensim sese tollentibus iugis creuerat in collē.collis aūt monticuli nomē est.Neq; uero(si Diodoro credimus)penitus hæc loci descriptio ficta est. ℭ Fontes.perennis aquæ scaturigines: a fundendo. ℭ Niueo de pumice.legitur & missi. hoc est manantes de pumice.quod leuissimum tophi genus est immodū spongiæ putre:in Sicilia maxime reperitur.liquefactis Aetnæ incendio lapidibus. inde Catinensis pumex a Iunenale dicit̄. Si tenerū attritus Catinēsi pumice lumbum.quē cæteri masculino genere dicūt: unus Catullus etiam muliebri. ℭ Lambebant. leniter alluebāt. ℭ Gramina.herbidum cespitem. ℭ Roscida.stillicidiis aspersa. uel ab aquis proximi fontis humida. ℭ Riuis.aquæ canalibus.Est autem Riuus:ut ait Vlpianus:depressus per longitudinem locus quo aqua decurrit. ℭ Mobilibus.proprium aquæ labētis epithetō.sed ad loci quoque gratiam non nihil spectat,nam quæ stant aquæ minus iucundæ sunt. ℭ Sylua.Syluam pro luco posuit.quanuis ea proprie dicatur unde materia ceditur:a græco quod est ὕλη Lucus uero sacer est & inceduus.qualis hic ipse de quo Clau.ab Ouidio describit̄. ℭ Temperat.remittit ac frangit. ℭ Ramorum frigore. Expressit illud Maronis Frigus captabis opacum.idest umbrā. ℭ Soles torrentes. nimios æstus anni.Soles apud Libaniū dies significat.ut quom dicit iram nō esse producendam in multos soles.apud Oratium calores.Respōde solibus aptum. Vendicat.sibi quodam quasi iure. ℭ Brumam.hyemis algores. ℭ Modico æstu.quā minimo calore.nam penitus excludi non potest.Quod Si medio leges intellige feruentissimum anni tempus illic non sentiri. ℭ Apta fretis Abies.quæ fabricandis nauigiis expetitur: in malis antennisq; præsertim propter leuitatem.In Aegypto ac Syria reges inopia abietis cedro ad Classes feruntur usi:ut est apud Plinium. ℭ Cornus.arbor notissima. ℭ Accommoda. utilis atque idonea. ℭ Bellis.quod inde fiunt arcus.alioqui non potest uideri materies propter exilitatem: sed lignum non alio pene quam ad radios rotarum utile. ℭ Querquus amica Ioui. Querquus in tutela Iouis ac Iunonis erat:ut scribit Plut.in quæstionibus:unde qui Ciuē seruasset ī prælio:quernā Coronā accipiebat qđ uetustas eosdē deos urbiū ꝑsides existimabat.huic arbori accessit honos ex quo pariēti Iouē Rheæ latebras ī Arcadia dedit.ut ex Callimachi carmīe recitauimus. ℭ Amica.grata. ℭ Tumulos tectura cupssus.Diti sacra Cupressus est: atq; ideo pro forib⁹ ædium posita funeris erat indicium:quod tradit Plinius.aliam præterea causam reddit Pompeius.quod arbor hæc recisa non repullulat: sicut ex mortuo iam nihil est sperandum. ℭ Ilex plena fauis.allusit ad illud Maronis.Et duræ querquus sudabunt roscida mella. Nā robora ferunt mel ut Hesiodus autor est.constatq; rores melleos e cælo cadentes:non aliis magis inside re frondibus.Porro querquus Ilex & Robur e glandiferarum genere sunt: & inuicem ponuntur apud poetas Ouidius. Flauaq; de uiridi stillabant Ilice mella. Tibul.Ipsæ mella dabant querquus. ℭ Venturi præscia laurus. Arbor Apollini sacra laurus est & futura præsentit.nam nihil æque tanto cum crepitu flagrat:ut ait Lucretius & eo prior Theocritus.unde futuros antiqui captabant euentus: ut Porphyri⁹ apud græcos refert.fragosius.enim combusta felicitatem portendere credebatur. Tibullus Laurus ubi bona signa dedit gaudete Coloni. Contra si tacita conflagrasset:triste erat augurium.Propert. Et tacet extincto Laurus adusta foco.Quid si uenturi præsciam propter puellam Daphnem poeta dixit:ea filia

Arcus cælestis quid & und.
Fons unde
Pumex.
Riuus.
Sylua
Lucus.
Soles
Abies apta nauigiis
Cornus arbor.
Querqu⁹ cur Ioui sacra.
Cupressus quare feralis.
Mel ī quer quubus.
Laurus uēturi præscia cur.
Daphne

fuit Amyclæ:ut de Amantibus scribens ait Parthenius:cui ex homine in laurum mutatæ diuinos hono
res Spartani decreuerunt:& fanum.unde certissima reddebantur oracula. qua propter eandem muta-
Pasiphae to priore nomine Pasiphaen uocauerunt.autor Plutarchus i Agide.Promittit insuper Antiphon:& Phi
spartanoꝝ lochorus:quibus Artemon atq; Serapion Ascalonites astipulantur.siquis lauri frondes puluillo per no-
numen qd ctem subiectas habuerit:uera somnia uisurum:quod repetit etiam Fulgentius.ut inde Claudianus epi-
Buxus theton dederit. ℭ Buxus.Arbor quam πυξον græci uocant.: unde quod oppidum græci cum Strabo-

Fluctuat hinc denso crispata cacumine Buxus.
Hic hederæ serpũt. hic Pãpinus induit ulmos.
Haud procul inde lacus(Pergũ dixere Sicani)
Panditur;& nemoꝝ frondoso margine cinctus
Vicinis pallescit aquis.admittit in altum
Cernentis oculos:& late peruius humor
Ducit inoffensos liquido sub gurgite uisus.
Imaq; perspicui prodit secreta profundi.
Huc elapsa cohors gaudet per florea rura
Hortatur Cytheræa legant.Nunc ite sorores
Dum matutinis præsudat solibus aer.
Dum meus humectat flauentes Lucifer agros:

Pyxos ne Pyxunta:nostri Buxentum dicunt in fi-
Buxentũ nu Possidoniate:ab hac arbore quæ copio-
sa illic prouenit. ℭ Fluctuat. nam leuibus
auris impulsa maris undabundi motus ex
primit. Vergilius. Et iuuat undantem bu-
Crispata xo spectare Cythorum. ℭ Crispata. spirã
Crispans te uẽto uibrata.Maro.Bina manu late cri-
spans hastilia ferro. ℭ Denso. quia uiridis
semper est: & foliis concauis ac nunquam
profluis.Ouidius. Perpetuoq; uirens Bu-
Hederæ xus tenuesq; myricæ. ℭ Hic.ibidẽ. ℭ Ser-
lentæ. punt.hoc ait quoniam lentæ semper humi
repunt: nec absque anniniculo solæ stant.
præter eam quæ inde appellata Cissos est.
Ouidius. Vos quoq; flexipedes hederæ ue
nistis.aut hoc ait.quoniã tenaciter admo-
tis hærent: & se spargendo dilatant. inde
Persius sequaces appellauit.Quorum ima
gines lambunt hederæ sequaces. & in Maronis Iuuenilibus legitur. Serpentes hederæ uix habuere lo-
Pampinus cum. ℭ Pampinus.uitis a parte rotum.nam latiora folia uites habent.Naso Pampineæ uites & amictæ
Vites in ul uitibus ulmi. ℭ Induit.implicat:ac umbra uestit. ℭ Vlmos. quibus adiungi gaudent ut refert Plinius.
mis. & maro Vlmisque adiungere uites conueniat.inde Catullus Vlmum uitis maritum dixit. ℭ Haud pro
cul.non longe. ℭ Inde.ab hoc loco. ℭ Panditur.diffunditur & late patet. ℭ Frondoso margine cinctus.
Aquæ pal cuius ambitũ circundant arbores. de quo paulo post ex Ouidio. ℭ Pallescit allusit ad palustris aquæ
lidæ. colorem qui luridus est. sed & quæcunque aquæ pallere dicuntur. Sedulius. Fusas in uinum conuertit
aquas:amittere gaudent Pallorem latices. ℭ Admittit in altum cernentes oculos. ad imum perspicuus
est. ℭ Late peruius.undique penetrabilis. ℭ Admittit.non excludit. ℭ Visus.oculos. Quintus Serenus
in medicamentis. Summa boni est alacres homini contingere uisus. ℭ Inoffensos. quos nihil remora-
tur:aut impedit:quin acie trasmissa interiora laticum deprehendant. ℭ Sub gurgite.quia transitionem
significat.sub gurgitem dicendum fuit. Sed uergilium sequutus est qui hac eloquutione indifferenter
usus deprenditur. Vt est.Conditus in nubem.& nota conduntur in aluo.Item sæua sedens super arma.
Et gemina super arbore sidunt.Audacius Aeneidos primo. Rapuitque in fomite flammam. Sed & Ci-
cero.Quod ille in capite ab hostium duce inquit acceperat. & tertia in uerrem actione. Et si fortes fue-
ritis in eo quem nemo ausus est defendere. ℭ Liquido.puro. ℭ Prodit.ostendit. ℭ Ima secreta. supre-
Pergus. mos recessus. ℭ Profundi.perspicui.uitrei uadi. ℭ Pergum dixere Sicani. Parenthesis. eundem Pergu-
Pergusa. sam non pergum Naso dixit Haud procul Aetnæis lacus est a moenibus altus Nomine Pergusa. non
illo plura Cayster carmina cicnorum labentibus audit in undis. Sylua coronat aquas cingens latus
omne.suisque Frondibus ut uelo Phoebæos summouet ignes.Frigora dant rami uarios humus humi-
Argathõe da flores.Perpetuum uer est.nec mirum nam qui prusiadi mons imminet a multis Argathone:a quibus
Argathon dam Argathon etiam appellatur.aliaque nonnulla similiter: ut legimus apud Stephanum. ℭ Cohors
uirginum coetus. ℭ Per florea rura.Maronis hemistichium. ℭ Cytherea.uenus. ℭ Hortatur.acuit & in
cendit:ut occasionẽ rapinæ daret.Legant.decerpant flores. ℭ Nunc ite Sorores. uerba Veneris puellas
inflammantis ad studiũ legendi flores. ℭ Dum aer.donec cælum. ℭ Præsudat.irroratur.Plinius loquẽs
de melle libro.x.siue ille est cæli sudor. ℭ Solibus matutinis.oriẽte iam sole.Nam Matuta quæ diẽ pro-
Matuta. ferret dea putabatur:a bonitate quasi Matura dicta:ut Verrius ait.Lucre.Tempore item certo roseam
Matutinũ matuta per oras Aetheris Auroram defert:& lumina pandit.ab hac Matutinum. Naso.Radis fuga sub
Lucifer. dita matutinis. ℭ Lucifer.infra solem ambit ingens sidus appellatum Veneris:præueniens solẽ Lucife-
ri nomen accipit:& diem maturat.Contra ab occasu refulgens appellatur uesper: ut prorogans lucem,
quam naturam eius Pythagoras samius primus deprehendit. Vitruuius & Plinius autores. ℭ Meus.Op
timo iure sidus sibi uendicat:de quo(si credimus Erathosteni)summa cõtentione cum aurora certauit.
Nam Cephali filius & autore fuisse dicitur:ut Higynus etiam refert.Alii Iunoni: quidam Mercurio tri-
buerunt quod is primus menses instituerit:& siderum cursus præuiderit.Euhemerus ait primam Vene

rem Aſtra conſtituiſſe:edoctumque ab ea Mercurium. ¶ Humectat madefacit: ac decidentibus guttis aſpergit. ¶ Agros flauentes. Vergilius Lyciæ flauentibus aruis. ſed hoc ideo minus aptum: quoniam p hyemem res geritur quando nondum maturæ ſunt ſegetes: ad quas epitheton Maronis allulit. aut flauentes hic dixit floribus picturatos. quod minus placet. ¶ Prouectus equo. Fabulæ ſoli Quadrigas: Lunæ bigas: Auroræ Luciferoque ſingulos tribuunt equos. Lycophron Auroræ dat Pegaſum. Tibullus etiam Iugales. Hunc præcor hunc illum nobis aurora nitentem Luciferum roſeis candida portet equis.

Auroræ Iugales.

Roranti prouectus equo. ſic fata doloris
Carpit ſigna ſui. uarios tum cætera ſaltus
Inuaſere cohors. credas examina fundi
Hybleum raptura thymũ: quom cærea reges
Caſtra mouent: fagiq; cauo demiſſus ab aluo
Mellifer electis exercitus obſtrebit herbis.
Pratorum ſpoliatur honos. hæc lilia fuſcis

¶ Roráti. nam Luciferi exortu ros cadit. ¶ Carpit ungue ſecat & legit. inde carpere cuipiam detrahere. Martialis. Carpere uel noli noſtra uel ede tua. ¶ Signa ſui doloris. Cynaræ Cypriorum Regis & Myrrhæ filiæ furtiuo concubitu natus eſt Adonis ut narrat Ouidius in decimo metamorphoſeon: Theodorum ſequutus qui temporibus Cleopatræ claruit: eodemq; argumento libros & inſcriptione græce compoſuit. Hunc adultum Venus habuit in deliciis & ab apro extinctũ: uel ut alii tradunt: ab ipſo Marte riuali ſub eius animalis ſpecie: luxit impatientiſſime: inque ſui nominis florem conuertit quem nunc intelligit Claud. Nonnulli tamen cum Politiano uetuſtam lectionem interpolant: & ſcribunt Cruoris: atq; ad Roſam referunt. quæ quom prius unius tãtum generis eſſet & alba: ſanguine ueneris infecta purpureum colorem traxiſſe creditur. quom ad opem Adonidi ferendam accurrẽs dea uepribus offendiſſet: ut refert Aphthonius. Plus tamen apud me antiquorum codicum fides & autoritas ualet: quorum habendam rationem doctiſſimus quiſq; omni tempore iudicauit. in quibus doloris ubiq; ſcriptum: nec uſquam cruoris adnotaui. quom præſertim roſas paulopoſt poeta commemoret: magnumq; necati pueri Veneris dolorem fuiſſe: cõtra leuiter acceptæ plagæ perexiguum: indicio illud eſt. quod alterius gratia inſtituta ſunt ſacra: in qbus matronæ paſſim per urbes cadaueribus ſimiles imagines collocabant: & ad ipſos tumulos inſtar earum quæ mortuos efferunt profundebantur. qui dies Adoniorum feſtus Athenis tranſigebatur: ut eſt apud Plutarchum. ad repræſentandas lachrymas quas amiſſus ueneri puer excuſſit. Eundem romanis etiam Cerimoniis inducta Venus in Theatro plorabat (Si prudentio noſtro credimus) hoc inter probra Deorũ cultoribus obiicienti Meretrix Spadonem uulneratum ſcænica: Libidinoſo plangit affectu palam: Nec te Lupanar Cypridis ſanctæ mouet. Quinetiam Veneris in monte Libano ſimulacrum obnupto capite uiſebatur: ſpecie: triſti faciem manu læua intra amictum ſuſtinens. ac (ut inquit Macrobius) lachrymæ ſpectantium opinione manare creduntur. & ex eo Suillum genus ſemper inuiſum Venus habuit. ut docet Feſtus. Spinæ uero non minus quã debuit notam neglexit adeo: ut eius florem receperit in tutelã. Veneris & Adonidis ẽt feſta magno mortalium conuentu Seſti celebrabantur in Helleſponti faucibus: ut Muſæus in Leandro canit. ¶ Tum. poſt Veneris hortatus. ¶ Cætera Cohors. reliq; uirgines. ¶ Credas. putares. ¶ Examia fundi. periphraſis Apiũ. ¶ Fundi. Fundus eſt. Quicquid ſolo continetur: Ager uero fundi ſpecies ad hominũ uſum cõparatus. autor Modeſtinus. nomen a fundo uaſorum cuius ſimilitudinem gerit: nam uterq; planus eſt: ut ait Põpeius. ¶ Thymũ. hanc herbam appetunt apes. Verg. Dumq; Thymo paſcẽtur Apes dum rore Cicadæ. ¶ Hyblæũ. ab Hybla Siciliæ ciuitate: de qua diximus. eius ager floribus & Thymo abundat: unde apes paſtæ mel optimum conficiunt. Ouidius. Nam neq; quot flores ſicula naſcuntur in Hybla: Quot ue ferat dicam Spica ciliſſa crocos. ¶ Quom reges. Apium quæ reipublicæ ſpeciem gerunt. habentq; reges qui ſoli ex apium genere aculeo carent: ut ait Ammianus: ad indicandum reges ad nocendum paratos eſſe non oportere. Quod nõ intellexit crudeliſſimus ille Tyrãnus qui pulcherrimam totius Italiæ oram tot affecit cladibus. ſed non potuit melius imperiũ retinere quã arripuit. qui fratris ſui filium: dominandi cupiditate ueneno ſuſtulit. ¶ Mouent. educunt. Caſtra cerea. alluſit ad apiũ naturã q̃ quom ad opus exeunt exercitum repreſentant. Eſt enim tum ſtatio ad portas more caſtrorum: quies ĩ matutinum: donec una excitet omnes gemino aut triplici bombo: ut buccino aliquo. autor Plin. plura leges apud Maro. Exercitus mellifer. perſtat in metaphora. ¶ Demiſſus. egreſſus. ¶ A cauo fagi aluo. a ligneo loculo quo mella condunt. Pli. de fauis. Aluum nunc contingunt obliqui nunc rotundi qualiter aluus poſcit. uſurpat & faginum pro ligneo Tibullus. Faginus aſtabat quom ſcyphus ante dapes. uel arboris antiquæ cauernas intelligit quas Apes plærunque ſubeunt & melle ſtipant. ¶ Obſtrepit. bombitat. ¶ In herbis electis. nam quaſdam non omnes inuolant Thymum Apiaſtrum: Roſam: uiolas: Lilium: Cythiſum: Caſiam: Melilothum: Meliſſophilum: Cerynthãm. ¶ Hæc. ex iis aliqua. ¶ Intexit. plectit ac conſuit. ¶ Spoliatur. diripitur. ¶ Honos pratorum. flores ſignificat. ¶ Fuſcis. ne purpureas accipere; quæ græco nomine a cæteris diſcernuntur: appellatæ hiacynthi. quod ſcribit Plinius: & in ſequẽ

Carpere.

Adonis & eius mors.

Adonia Sacra.

Reges ad nocendũ paratos eẽ non oportere.

Apum natura.

Aluus apium.

Herbæ quas. Apes appetunt.

Amaracus tibus annumerantur. ℂ Hanc. aliam. Dictycos. ℂ Ornat. redimit & coronat. ℂ Amaracus. Aegyptus &
Syria Sampsucum uocat: Siculi (si Diascoridi credimus) Amaracũ. & Apte uerbo Siculæ gentis usus est:
Ephyra ciuitas quom res in Sicilia geratur. Amaracus itẽ Thesproti filius fuit Ephyri pater: a quo Epiri ciuitas Ephyra
cuius in Odyssæa meminit homerus. ℂ Mollis. plumei tactus. Estque Maronis Epirheton. ubi mollis
Amaracus illum floribus: & dulci spirans cõplectitur umbra. ℂ Graditur. incedit. ℂ Stellata. quibusdã
Lygustrũ uelut stellis ornata. ℂ Alba lygustri. cãdidis lygustris floribus cõpta Verg. Alba lygustra cadũt uaccinia

Intexit uiolis. hanc mollis Amaracus ornat.
Hæc graditur stellata rosis. hæc alba ligustris.
Te quoq; flæbilibus mœrẽs Hiacynthe figuris
Narcissumq; metũt: nũc inclyta gramina ueris:
Præstantes olim pueros. tu natus Amyclis.
Hunc Helicon genuit. te disci perculit error.
Hunc fontis decepit amor. te fronte retusa

nigra legunt. Est aũt lygustrũ arbor oleæ
folio: semine Coriãdri: flore cãdido: & mi-
rũ in modũ odorato: coquit hoc in oleo
Cyprus uñ premiturq; postea quod Cyprinũ uocat:
ab ipsa planta quæ Cypros alio uerbo di-
cit: a cuius ubertate Cypro Carpathii ma-
ris insulæ nomen inditum quibusdam pla
Hiacynthus cuisse scribit Eustathi⁹. ℂ Hiacynthe. Hia
cynthus Amyclæ filius fuit: eius quo Da-
phnem puellã Philarchus editam scribit:
ex matre Diomede: ut addit interpres Ni-
Daphne. candri: quem pro Daphilo citat Enarrator Theocriti. Sustulit & Amyclas Leucippum Arsinoes puellæ
Coronis. patrem: cui teneræ cognomẽtum Coronis accessit: ut de conditoribus Gnidi scribens ait Aristides. hæc
Aesculapius Apollini peperit Aesculapium. eiusq; dei sagittis extincta est: quod Elati filio, cui nomen Ischys erat: fur
tim cohæsisse depræhensa est. historiam refert Hesiod⁹ & Artemon. Mendæ pertinax indoles inualuit
Ischys Elati filius. apud Higynum. in quo duobus in locis Scin calci filius pro Ischys Elati filius scriptum est. ℂ Mœrens.
qui tuum fatum defles. aut Apollinis gemitus repræsentas. ℂ Flæbilibus figuris. nam notas habet in fo
Higyni locus. liis αἰ αἰ: quibus dolentis apud græcos affectus exprimitur. Ouidius. Ipse suos gemitus foliis inscribit:
& αἰ αἰ Flos habet inscriptum: funestaq; littera ducta est. qui Salaminẽ incolunt Aiace mortuo tunc pri
Aiax in florem. mum apud se florem enatum aiunt: quem fabulæ cum hiacyntho confundunt: Pausanias ut diuersum
memorat. de quo Maronis in buccolico carmine scriptus est. Dic quibus in terris inscripti nomina regũ
Narcissus Nascantur flores & Phyllida solus habeto. ℂ Narcissum. Lilii genus radice carnosa atque odora flore
purpureo: folia ab radice habens harundineis similia: nisi quod aliquanto sunt crassiora: dictus ab eius-
dẽ nõis adulescente Cephisi filio ex Liriope Nympha suscepto: quem in eundẽ florem mutatũ ex fabu-
la canit Ouidius. ℂ Inclyta graminã p̃claros flores. ℂ Veris. nam per id tẽpus ubertim flores nascunt.
ℂ Olim. quondã. ℂ Præstantes pueros. eximia forma adulescentes. ℂ Tu. s. Hiacynthe. ℂ Amyclis op-
Ouidii locus. pido laconiæ: de quo diximus. Neq; nos decipiat Ouidius. ℂ Te quoq; Amyclide posuisset in Aethere
Phœbus. Illic enim non gentile nomen est. ut pleriq; arbitrantur: sed patronymicũ. Nam filius Amyclæ
Corœbus fuit Hiacynthus. ut proposuimus. Similiter apud Vergilium Mygdonides non a loco sed a Mygdone
Mygdonides apud Verg. cur. patre Corœbus est. quẽ proceri corporis & ignaui fuisse tradit Zenobius: uecordẽq; adeo ut maris un-
das enumeraret. suo iure Solopachius noster expostulat quod eum Corœbi nomine compellarim: qui
quom stultitia Corœbo nõ cedat: corporis tamen indole superatur. ℂ Hunc. alterũ. s. Narcissum. ℂ Ge
Helicon nuit. edidit. ℂ Helicon. altissimus Bœotiæ mons ad Aquilonẽ Parnaso proximus: uterq; Musis sacer ẽ.
Heliconiades. ut scribit Strabo. unde Heliconiades apud Hesiodũ Musæ. Lucret. Adde Heliconiadum comites quo-
rum unus Homerus. ℂ Te. s. Hiacynthum. ℂ Perculit. uulnerauit atq; extinxit. ℂ Error disci. quem tu
Discus. per imprudentiam tollere festinabas: ut est apud Ouidium. nam qui frustrato dei iactu factum dicunt:
expiandi mihi uidentur. Est autem Discus concauus & planus lapis: quo non pueri solum (quod quidã
scribunt) sed indolis heroicæ uiri græce in Gymnasio exercebantur: dictus a Δίκω uerbo quod est ia-
cio: nam iactabatur alutæ uinctus aut solus: in quo referendo & periculum erat: & apparebat ars. Sunt
& qui discum orbiculatum fuisse tradant: quibus Ammonius non accedit. Superiora Triphon de pro-
Narcissi furor. prietate græci sermonis libro. y. Pindarus etiã Discos lapideos appellauit. ℂ Hunc. Narcissum. ℂ Dece-
pit. fefellit. ℂ Amor fontis. Nam quom labore uenationis & æstu languidus ad p̃ximum fontem decu-
buisset: imaginem suam conspicatus: in proprios amores exarsit. nimioq; sui desiderio cõtabuit. Statius
Ĩ Etrusci balneũ. Hic te pspicuũ malles Narcisse uidere. Fabulã narrat Oui. ℂ Te. Hiacynthũ. ℂ Luget.
Delius uñ raptũ queritur. ℂ Delius. Apollo ab insula: cuius ante meminimus Delo. uel ab eiusdem nominis monte
Delos mons Laconiæ p̃pe Tegyrã: ad cuius radices Apollinis olim Fanũ sub Enchecrato ad persicũ usq; bellũ uati-
cinüs claruit: duobus iuxta fontibus mira suauitate atq; aquarũ copia frigoreq; manãtibus. quorũ alte-
Oliua fõs Palma fõs rum Palmã: alterum Oliuam Plutarchus adusq; sua tempora uocatum refert: Enixamq; illic Latonam
obiecta apri specie se præcipitem misisse ex alta specula: quæ religionis gratia ab incolis ostentabatur.
Catulli locus. Pythonis etiam fabula ad se translata. cuiusmodi apud Delphos gesta narratur. Oliuam fontem Catul
lus intelligit in sacro Dianæ carmine. Quam mater prope Deliam deposuit Oliuam. quem locum deci-
mo ab hinc anno primi omnium declarauimus: quom cæteri poetam cum Strabone committerẽt. Ne-

que mentiri me finet Tideus actianus uir & doctus & integerrimus: quo tum præceptore in litteris utebamur: non Aelius Gorgonius: aut Putius florentinus in studiis nostris eminentissimus: qui nostri tum nascentis ingenii dexteritatem complexus: in margine sui Catulliani codicis adnotauit. possem præterea sexcentos adiicere: qui rem ita (ut diximus esse) probe tenent: ni uererer Sanctissimis uiris iniuriam facere. si suam fidem quasi minus per se firmam: noui testimonii autoritate fulcirem. Quid tamen refert? quom nonnulli inuenti sint: qui nostrum qualecunq; hoc inuentum: pro suo recitent ac ostentent?

Delius: hũc fracta Cephisus harundine luget.
Aestuat ante alias auido feruore legendi
Frugiferæ spes una deæ. nunc uimine textos
Ridentes Calathos foliis agrestibus implet.
Nunc sociat flores: seseq; ignara coronat:
Augurium fatale tori. Quippe ipsa tubarum
Armorumq; potens: dextram qua fortia turbat
Agmina: qua stabiles portas & mœnia uellit
Iam leuibus laxat studiis. hastamq; reponit.
Insolitisq; docet galeam mitescere sertis.
Ferratus lasciuit apex: horrorq; recessit

Sed quo pudorem plagiariis istis imponamus: ecce mutata sententia: ad ipsam etiã arborem referri posse cõtendimus ex Ouidio: qui. vi. metamorph. ita latonam circuitione designat. Illa suam uocat hanc cui quondam regia coniunx Orbe interdixit: quam uix erratica Delos Errantem accepit: tum quom leuis insula nabat. Illic incumbẽs cum Palladis arbore Palmæ Edidit inuita geminos Latona nouerca. Strabo tamen Oliuæ arborem & Latonæ partum in Ortygiam Ioniæ Lucum transfert. quod mirum uideri non debet. nã quom hominum opinione receptum esset Latonam in nixu Palmæ & Oliuæ incubuisse: ut meminit etiam Theognis: quicunque Apollinis & Dianæ incunabula sibi uendicabant: ad confirmandam uetustatis fidẽ: easdem arbores apud se quisq; demostrabant. In Ioniæ Luco: quem Strabo uocat Ortygiam: natam esse Dianam: canit Orpheus & Homerus in hymnis: Apollinem uero Deli.

Latonæ puerperiũ.
Ortigia lucus:
Diana ubi nata.

¶ Fronte retusa. perfracto cerebro. Sed præstat ad ipsum deum referre: cuius in fronte radios amisso puero retusos & hebetatos fuisse poeta uult: qualem fulminato Phæthonte describit Ouidius: ut conueniat cum sequenti. hunc fracta Cephisus harundine luget. nam per contentionem singula singulis opponuntur. ¶ Hunc. s. Narcissum subaudi luget. ¶ Cephisus. ad Lilæan fontem concipit: perq; Bœotiam lapsus in mare se condit. autor post Homerum Strabo. Statius. Propellentemq; Lilæan Cephisi glaciale caput. in eiusdem fluuii uadis Argynnus Leuconis ex Pilidice filia nepos: Agamemnonis puer extinctus ẽ ut scribit Stephanus: a cuius nomine Veneris Argynnidis ædes i Bœotia uisebatur. hic est ille Argynnus quẽ Propertius intelligit illo carmine. Sunt Agamemnonias testantia littora curas Qua natat Argynni pœna minantis aquæ. Hoc iuuene amisso classem non soluit Atrides. Pro qua mactara est Iphigenia mora. ¶ Fracta harundine. præ dolore. nam fluuiorum genios harundinibus ornari poetæ fingunt propterea quoniam Canna palustris est & aquosis gaudet. Ouidius. Amnis harundinibus limosas obsite ripas & Maro de Tiberino. Crines umbrosa tegebat harundo. ¶ Aestuat. Ardet. ¶ Ante alias. imprimis. ¶ Auido feruore. nimia cupidine. ¶ Legẽdi scilicet flores. ¶ Frugiferæ spes una deæ. proserpinam designat: quæ unica matri erat. ¶ Frugiferæ deæ. Cereti quæ prima dedit fruges alimentaque mitia terris. ut canit Naso. ¶ Nunc. interdum. ¶ Calathos. Quasillus a nostris & neutro genere Quasillum dicitur: qui græce Calathus. Tullius in Antonianis. At uero inter Quasilla pendatur aurum. Pompeius Calathos inquit græci: nos dicimus Quasillos. ¶ Vimine. quicunque uitilis frutex uimen appellatur: a uinciẽdo. Columella. Nec refert cuius generis uimen feras dummodo sit lentissimũ. ¶ Ridentes. blandos & aspectu iucundos: nam quæ delectant ridere spectantium opinione uidentur. Oratius. ille mihi præter omnis Angulus ridet. ¶ Nunc. aliquando. ¶ Sociat. conserit flores: hoc est sertum texit. ¶ Ignara. rudis: & quæ quid ageret non intelligebat. ¶ Coronat sese. sertum sibi imponit. ¶ Augurium fatale tori. quod fore portendebat: ut Proserpina cito nuberet. nam nouæ nuptæ Romanorum more floribus & uerbenis coronabantur. ¶ Quippe. Quinimo Seuera alioqui dea Pallas & quæ delicias auersatur. ¶ Tubarum Armorumque potens. quæ bella cum Marte curat: ut recitauimus ex homero. ¶ Laxat. mollit & remittit. ¶ Dextram. manum qua maxime pollet. ¶ Turbat. rumpit & in fugam uertit. ¶ Agmina fortia. bellica uirtute præstantes acies. ¶ Qua. scilicet dextra. Vellit. euertit. ¶ Stabiles. firmas urbiũ portas. ¶ Mœnia. ciuitatum muros: aut ipsas urbes. sed hoc ideo palladi ueteres tribuerũt: quoniam uictoria non minus consilio: q̃ bellica uirtute comparatur. ¶ Mitescere. sæuitiã deponere. ¶ Sertis insolitis. nam militares coronæ quibus illa utebatur: nõ sunt e floribus. ¶ Apex. Galeæ conus. ¶ Lasciuit. indulget & ipse genio. ¶ Horror. formidolosus aspectus. ¶ Martius. bellicus & Castrẽsis. ¶ Cristæ. coni iubæ. ¶ Vernant. ornantur floribus: qui uerni dicuntur quoniam uere proueniunt. ¶ Placato. remisso &

Cephisus
Propertii locus.
Fluuiorũ comptus
Calathus
Quasillũ
Quasillus.
Vimen.
Pallas cur bella curare dicatur
Vernare

Martius:& cristæ placato fulgure uernant.
Nec quæ Partheniũ canibus scrutatur odorís
Aspernata choros:libertatemq; comarum
Iniecta tandem uoluit frænare Corona.
Talia uirgineo passim dum more geruntur:
Ecce repens mugire fragor:confligere turres:
Pronaq; uibratis radicibus oppida uerti.
Causa latet.dubios agnouit sola tumultus
Díua Paphi:mixtoq; metu perterrita gaudet.
Iamq; per amfractus animarum rector opacos
Sub terris quærebat iter:grauibusq; gementem
Enceladum calcabat equis.immania scindunt
Membra rotæ.pressaq; graui ceruice laborat:
Sicaniam cum Díte ferens:tentatq; moueri
Debilis:& fessis serpentibus implicat axem.
Fumida sulfureo prolabitur orbita dorso.

Palladis conus — castigato. ℭ Fulgure.ardore.qualem Pallas apud Homerum pugnanti.Diomedi iniecit. eundem Vergilius in Turni conum transtulit:& Aeneæ galeam.Nam de Turno carmen est hoc. Tremunt sub uertice cristæ Sanguineæ:clypeoq; micantia fulmina mittunt.de Cono Aeneæ sic.Ardet apex capitis cristisque ac uertice flamma Funditur: & uastos umbo uomit aureus ignes. & alibi. Cui triplici crinita iuba galea alta chimeram sustinet:Aetnæos efflantem faucibus ignes. ℭ Nec quæ.ordo est.Nec est aspernata choros.i.uirgineos thyasos & cœtus.nam sic ex antiquis codicibus legendum est non toros. ℭ Quæ scrutatur.indagat. ℭ Canibus odoris. sagacibus. & usurpat Maronis uerbum. Et odora canum uis. ℭ Parthenium.Arcadiæ montem: de quo Strabo. eodem nomine Sami fluuius Imbrasus antea dicebatur. Callimach⁹. Αντίςαρ εκληνησ ιμβρα σε παρθενίου. idest. Imbrase Parthenii nomine dicte prius. unde Parthenia Samos & Imbrasia.de monte Claudianus intelligit:& hac periphrasi Dianam aspersit. ℭ Libertatem comarum. Solutos crines. ℭ Tandem.post tantum temporis. ℭ Voluit frænare.induxit animum:ut cohercere t. ℭ Iniecta corona. imposito Serto. ℭ Talia uirgineo & cætera transit ad raptum. ℭ Dum. per id tempus quo. ℭ Geruntur.fiunt hæc. ℭ More uirgineo. puellari studio. ℭ Ecce. hæc pticula(qđ supra diximus)affert semper aliquid inopinum: ut hic. ℭ Mugire.pro mugiebat.qua figura rerum scriptores: & Liuius frequenter utuntur. ℭ Recens. nouus & inauditus antea sonus. Nonnulli codices habent repens, idest improuisus:quod cum superiori particula magis conuenit. ℭ Turres. altissima quæque murorum propugnacula:uel a parte totum muros intelligit. ℭ Confligere. concurrebant.ut supra. ℭ Oppida.munita & in alto posita mœnia:quod opem belli periculo laborantibus præbeant:ut discimus ex Pompeio. ℭ Prona nutantia. ℭ Verti. pro uertebantur. ℭ Vibratis radicibus. conuulsis ab imo fundamentis:ab arboribus ducta Metaphora. ℭ Causa. ratio turbationis. ℭ Latet. clam cæteris est. ℭ Sola. tantum. ℭ Diua Paphi. Venus. Assyrii cultum Veneris primum instituerunt: quos Paphii in Cypro imitati sunt: ac Phœnices qui Ascalonem in palestina tenent. a Phœnicibus Cytherii edocti eadem sacra susceperunt. inde Paphia Venus & Cytheræa. Superiora tradit Pausanias. ℭ Agnouit. nam ex Ioue didicerat. ℭ Tumultus. Terræmotus. ℭ Dubios. incompertos & aliis obscuros, seu trepidos ab effectu. ut illud dubiæ nutant cum mœnibus urbes. ℭ Mixtoque metu perter. gaudet. Lætitia simul & formidine pulsabatur. Nam gratus Veneri Proserpinæ raptus erat: quom propagaretur eius imperium: Plutonis tamen aduentum absque horrore expectare non poterat. ℭ Iamq;. deniq;. ℭ Rector animarum. Dispater inferni numen:quo solutæ corporibus animæ cõmeant. ℭ Per amfractus opacos. per obscuros cauernarum recessus: & curuis flexibus in se recurrẽtes: cuiusmodi sunt quæ subterraneo meatu in opertos specus deducunt. de quibus Prudentius in Hippolyto. Huius in occultum gradibus uia prona reflexis Ire per amphractus Luce latente docet. Veteres amfracta neutro genere declinabant: ab ambitu & frango dictum: quod Varro docet. idem uerbum Lucret. in mari etiam usurpat: Quam fluitans circum magnis amfractibus æquor Ionium glaucis aspergit littus ab undis. ℭ Calcabat.premebat. ℭ Equis grauibus. quia iugales erant & magni. ℭ Enceladum. gigantem qui sub Aetna urgetur:ut sæpe iam diximus. ℭ Rotæ. currus. ℭ Scindunt. lacerant. ℭ Membra immania. enormes gigantis artus. ℭ Laborat. tãto ponderi par non est. ℭ Ferens. sustinẽs. ℭ Sicaniam cum Dite. Plutonem simul & insulam. cui nomen ex Iberiæ fluuio Sicano profecti coloni dederunt:ut ait Philistus. Sed ab eo dissentiens Timæus longa disputatione contendit indigenas fuisse Sicanos: unde Sicania dicta sit. ℭ Tẽtat. conat. ℭ Moueri. onus excutere. ℭ Debilis. impar labori. ℭ Implicat. idẽ sensus est si legas impedit. ℭ Axem. currum. uel teres illud lignũ: circa quod rotæ uertuntur. ℭ Fessis serpẽtibus. exhaustis serpentũ uiribus: quos pro pedibus habuisse gigantas fabulæ canũt. causam redit Macrobius:& nos alibi. ℭ Orbita. Rota: uel eius uestigiũ: nunc tantum Rota. ℭ Prolabitur. tractim ruit. ℭ Dorso: gigantis tergo. ℭ Sulfurea. ecce cur fumidam rotam dixit. atq; ita obiter confla-

Marginalia: Partheni⁹ mons & amnis — Imbrasus fluuius. Samos Imbrasia. — Oppidum — Veneris cultus ubi. primum — Paphia Cytheræa — Amfract⁹ Amfractũ — Sicania uñ

grationis Aetnæ causam perstringit:Tertius hæres Saturni. Pluto. cui mundum cum fratribus sortienti: Tartarus obtigit:ut fabulosa tradit historia:ut Orphæus in hymnis terra: Callimachus sortitos omnino negat: Quin ultro Ioui cessisse germanos asserit. Veteres neq; enim commenta poetæ Vera satis iactant. Saturni pignora quondam Inter se summam rerum sortita fuisse. Et cælum cessisse tibi. Nam quis præcor unquam? Quis rudis usq; adeo? Res ut discrimine toto Distantes uni stultus commiserit urnæ? cætera quom uoles, uide. nam latina nos fecimus in gratiam cuiusdam Principis. ℭ Rimatur: terræ rimas explorat. ℭ Deuia tenebrosa. Cæcos & obscuros specus quique gressus excludunt ac exitum negant. Sub orbem fraternum. sub auras ubi Iuppiter Plutonis frater habet imperium. atque ita dixit: ut Statius in Thebaide. Fama subit portus uectum trans alta Thoanta Fraterna regnare Chio. scilicet quam Thoantis germanus Oenopion Regiam sibi condidit. ut domesticus testis est Ion: qui de sua patria græce ita cecinit. Hanc olim Oenopion Theides condidit urbem. Thoas uero & Oenopion ex Ariadna: patre Baccho Thoas: Oenopion Theseo nati sunt. historiam habes apud Diodorum. & Plutarchum: meminit & Ouidius i Heroidib. Nam qui fraternam Chium uicinam legunt: indigni sunt de quibus sermo habeatur. ℭ Miles occultus. per arcanos ac subterraneos euadens meatus. ℭ Prodit. improuisus emergit. ℭ In hosté. aduersus hostium munimenta operaq;. ℭ Securum. incautum.

Mundi Sortitio

Ac uelut occultus securum prodit in hostem
Miles: & effossi subter fundamina campi
Transilit inclusos arcano limite muros:
Turbaq; deceptas uictrix erumpit in arces
Terrigenas imitata uiros. Sic tertius hæres
Saturni tenebrosa uagis rimatur habenis
Deuia: fraternum cupiens exire sub orbem.
Ianua nulla patet. prohibebant undiq; rupes,
Oppositæ: duraq; deum compage tenebant.
Non tulit ille moras: indignatusq; trabali
Saxa ferit sceptro. Siculæ sonuere cauernæ.
Turbatur Liparis. stupuit fornace relicta
Mulciber: & trepidus deiecit fulmina Cyclops

Chius. Oenopion Statii loc⁹.

ℭ Transilit. penetrat. & trásmittit. ℭ Fundamina. Supremas & imas sedes. ℭ Cápi. terræ spacii. ℭ Effossi. egesto solo cauati. ℭ Muros inclusos. obsessa atque præsidio tuta mœnia. ℭ Arcano limite. per cuniculum: quod ab eiusdem nominis animali milites didicerunt: ut scribit Vegetius. notissimoque carmine Martialis. Gaudet in effossis habitare Cuniculus antris Monstrauit tacitas hostibus ille uias. ℭ Turba. manus militum. ℭ Victrix. uoti compos: & quo cupierat erumpens. ℭ Erumpit. euadit. ℭ Deceptas elusas. ℭ Terrigenas uiros. ut qui prodierunt e dentibus illius serpentis: quem Cadmus extinxit: ut Demoleontem Seriphumque socios ulcisceretur: quos anguis absumpserat. Eorum uero: qui satis eius colubri dentibus nati sunt: nomina Lysimachus in Thebaicorum collectaneis: & Hellanicus in primo Phoronidos ita memorat. Vdæum: Chthonium: Pelorem: Hyperenorem: & Echionem: cuius & Ouidius meminit. Hippias autem Delius & Arrometus historiæ fidem sequuti tradunt: Spartos (quod apud nos Satos significat) gentem fuisse quæ sic appellaretur. unde accensa poetarum licentia ad mendacium fabulæ conspirant. Hoc idem inter Iasonis certamina: narrat Apollonius: nam obruit & ipse eiusdem Draconis dimidia parte dentes: quos Mars & Pallas Aeetæ dederunt: ut Pherecydes in quinto refert: unde armati produisse dicuntur. quod ex græcis nonnulli fictum putant: q; ii primi cuniculis in expugnandis urbibus usi sint. ℭ Ianua nulla patet. nullus ad hauriendam lucem datur aditus. ℭ Prohibebant. exitum negabát. ℭ Rupes oppositæ. lapidum moles obiectæ. ℭ Tenebant, remorabantur. ℭ Deum. Plutonem. ℭ Compage. commissura. ℭ Non tulit. non passus est. ℭ Moras. obstacula: uel temporis interualium. ℭ Indignatus. iracunde ferens: quod impendiretur. ℭ Trabali. uasto. supra de Dite Claudi. squalent immania fœdo Sceptra situ. ℭ Siculæ cauer. specus quæ plurimæ sunt in hac insula. ℭ Liparis. insularum: quas Aeoli uocant omnium maxima: quæ quanquá suo quæque nomine septem sunt: omnium tamen incolæ: communi uerbo Liparæi dicuntur: ut tradit Stephanus: adiecto solum loci uocabulo ut exempli gratia. Liparæus e phœnicussa: Liparæus ex Erycussa. Meligunis antea uocabatur: ut discimus ex Callimacho. qui Cyclopas illic Vulcani famulos eorumq; statuit officiná. postea dicta liparis est (ut placet Eustathio) ab Ausonis filio Liparo: cui successit Aeolus: ut legimus apud Solinú. ℭ Fornace. Camino. Prudentius i Simmachú de Vulcano. Regnare caminis Fertur: & Aeoliæ fumus faber esse uel Aetnæ. Callias ité de rebus Agathoclis. x. Fabrilium opeꝝ quæ Vulcanus illic exercet: sonitum quinquaginta circú stadiis audiri tradit: ipsumq; montis Hiatum côtinuis noctibus ardere: interdiu fumi globos: & ingentes pumicum moles eructare. Proximum uero mare nõ aliter q̃ subiectis ignibus Olla feruet: ut Pythæas i orbis ambitu refert. Mirum quod ait Xenophanes. hoc incendium quandoq; cessare: sed septimo post anno redintegrari. ℭ Cyclops. unus ex iis quos antea memorauimus. aut posuit unius numeꝝ p plurali. sic ét Tibul. Nõ ualuit cœptos cursus auertere Cyclops

Cuniculus animal & oppugnationis gñs.
Terrigenæ quot & q.
Sparti uel Sati qui.
Draconis dentes
Liparis q & unde.
Meligũis.
Vulcani officina.
Maf feruet Liparæ incendium.

Audiit & ſiquem glacies Alpina cohercet.
Et qui te latis nondum præcincte Tropæis
Thybri natat: miſſamq; Pado q remigat Alnū.
Sic quom Theſſaliam ſcopulis inclusa teneret

¶ Audiit & ſiqué. Marõis Aemulatio. ¶ Siqué. elegáter ambigéd o dixit. ná quis unq̃ crederet i illa dã
nata mundi regione hoīes habitare? colunt tamé ſed moribus & naturæ peruicacia niuibus ſuis nõ ab
Inalpini — ſimiles: Inalpini cõiuncto uerbo uocãt. ut legimus apud Pliniũ. Impudenter me hercule nimis q Tibulli
Tibulli locus. — carmé: qd' in antiquis oībus exéplaribus. Teſtis Inalpinus legiť: Arupius iuerterũt. Ná qd' is In alpinos
itelligat: iſequétia declarãt. Qué ſiquis uideat uetus ut nõ fregerit ætas Terna minus Pyliæ miret ſecu-
la famæ. Quippe Poſſidonſus & Protarchus Alpes & Rhipeos mõtes eoſdé putant: & hyperboreos illic
ſtatuút: quos humani ſeculi modũ præte-
rire græco₊ noſtrorũq; hiſtoria notum é.
¶ Cohercet. hoc ait: q ialpini p hyemé nõ
uaganť: ſed intra ſpeluncas ſe tenent: quas
aduerſus imanitaté frigoris ſubeũt. ¶ AL-
pina. Feſtus ait Alpes a niuiũ cádore noīa-
tas: qm̃ qd' αλφον græci noſq; albũ dici-
Romana Iuuentus — mus: Sabini Alpon memorét. ¶ Et q te natat o Thybri. Romano₊ periphraſis: quo₊ antiqs moribus:
Iuuentus in Cápo Martio armis exercitata: ſudoré puluerẽq; i pximo Thyberis amne abluebat. autor
Thyberi abluebať. — Vegetius. ¶ Thybri. græcus appelládi caſus. atq; ideo ſupremam uocalem contrahit. Vergil. Tuq; o cũ
flumine ſancto Thybri pater. eius nominis ratio diuerſa traditur. Alii ab amne Siciliæ q præterit Syra-
Thybris — cuſas: quem Thybrim Theocritus. Hybrim Theætetus: Aſclepiades Myrlean⁹ per D lram Dybrim uo
Hybris — cat. quo Superior illa nřa ſententia cõfirmatur. ut Eion ab Ouidio dictus ſit: quem Deioné Pauſanias
Dybris — appellat. Seruius uero Thybrim non fluuiũ Syracuſa₊: ſed foſſas autumat: unde profecti coloni poſitis
Eion — in Albulæ ripis ſedibus: in antiquæ patriæ monumentũ: Thybridis ei nomen dederunt. Ver. Ab eiuſdé
Deion. — nominis Rege tuſcorum Aſperq; immani corpore Thybris a quo poſt Itali fluuiũ cognomine Thybrí
Diximus: amiſit: uerum uetus Albula nomé. quem alii proxima fluuio loca latrociniis infeſtaſſe dicũt:
alii illic ex prælio occubuiſſe. ¶ Latis nondũ præcincte tropæis. qui nõdum fines imperii tam late pro-
pagaras. Nam ſecutis poſtea temporibus Thybridis accolæ Romani: uniuerſo fere orbi imperauerũt.
ut Dionyſius Alicarnaſæus per operis initia teſtis é: & apud Tibullum Sibylla fore uaticinatur. Roma
tuum nomen terris fatale regédis Qua ſua de cælo proſpicit arua ceres. inde fluuiorum regem Thybrí
Poeta Dionyſius appellauit. eius carmen Rhennius Fannius ita latinum fecit. Regius irriguo dirimit q
gurgite Romam Thybris. & Ouid. Cuiq; fuit rerum permiſſa potentia Thybrim. ¶ Miſſamq; Pado q
padus Venetiæ fluuius — remigat Alnum. & Cymbæ gubernator: in pado Venetiæ fluuio. quem mons Veſulus inter Alpium iu
ga ſuperantiſſimus gremio ſuo fundit uiſendo fonte i ligurum finibus: unde ſe primum proruit: ſũmer
ſuſq; cuniculo rurſus extolliť: nulli amniũ iferior claritate: a græcis dictus Eridanus. Intumeſcit exor-
tu canis tabefactis anni tépore niuibus: & liquentibus Brumæ pruinis: auctuſq; aqua₊ agminibus tri-
ginta flumina defert in Adriaticum. Plinius & Solinus autores. Sed hic alnũ pro nauigio Maronis imi-
tatione poeta poſuit. ná ille ait. undá leuis inatat alnus Miſſa pado. utrũq; ab hiſtoria: quá narrat Oui.
Heliades I populos. — Nam quom phaeton impetratos a patre currus male regeret: fulmine Iouis in hunc amnem deiectus
eſt. eundem quom ſorores impatienter deflærent: in populos: uel (ut Apollonius & græci ſcribunt) in al
æſculapii liberi — nos uerſæ dicuntur. Earum nomina ſunt. Phaethuſa: Phœbe: Lampetie: quæ liberos quinq; genuit ex
Aeſculapio. Machaonem: podaliriũ: Iaſo: panaceã: & æglem cognomento iunioré. qđ in Trimetris Iam
Machaon — bo primo tradit Hermippus. Sed Ariſtides de Gnidi conditoribus ſcribés. Aeſculapius inquit ex Epio-
podalirius — ne podalirium & Machaoné filios habuit. Eſt & Atticæ fluuius alter Eridanus in Iliſſum imitens: ut di-
Eridanus atticæ fluuius. — ſcimus ex pauſania. qué ſenem prio metamorph. Ouidius ad padi differétiá uocauit: Eridanuſq; ſenex
Lænifq; Amphryſus & Acas. ut inerudite fecerint: qui illic Apidanũ pro Eridano repoſuerũt. ¶ Diſſi-
luit. in hiatum patuit & auulſus é. ¶ Vertex. i noſtro capite ſũma pars ut docet Fabius a flexu capillo₊
Oui. locus — ſed hic tantũ mons: notiſſima tranſlatione. ¶ Oſſæus. Oſſa Theſſaliæ mons: ut ante diximus. ¶ Olym
Vertex — po. multo₊ montiũ nomé Olympus é. Elidis: arcadiæ Ciliciæ: Theſſaliæ: Macedoniæ: Theſſali: quem
Olympus — Claudianus intelligit: meminit apollodorus. & i eõ ludos ét Olympicos Elæis æmulos celebrari tradit
Olympia. — alius in Myſia redditur Olympo regi cognominis: a cuius uxore Nepæa (quod Dionyſius Mileſius etiã
Nepæus camp⁹ uñ — tradit) eiuſdé regionis Campus dictus é. ¶ Gelido. frigido. quod in ſũma quoq; ſerenitate põt accidere
nam niuoſum intelligere abſurdũ eſt. quom conſtet Olympum adeo in altũ ſurgere: ut nubes excedat
Olympi montis altitudo. — & ultra tempeſtates attolli credatur. Lucanus. Nubes exceſſit Olympus lege deũ. ¶ Palus iclusa ſcopu-
lis. undiq; ſepta rupibus aqua. ¶ Teneret. obrutam premeret. ¶ Theſſaliã. quá ſtagnaſſe quondam fa-
ma eſt: quom littus campis altius & coniuncti inter ſe montes aquis exitum non præberent. Mox oſſa
Theſſalia quõdã ſtagnauit. — ab Olympo terremotu diuulſa: ut ſcribit Strabo: patefactum iter eſt: quo peneus in mare effluxit: atq;
regionem ſiccam reliquit. quod Diodorus: Catullus & Tragœdiæ ſcriptor Seneca inter Herculis opera
cõmemorant. incolæ (quod tradit Herodotus) Neptũno tribuunt: in quo cauſa terremotus eſt: ut diſpu
Neptũnus unde petræus. — tat Gellius: Quin & ipſe Neptunnus ab hoc argumento petræus appellatur: ut legimus apud pindarũ.
Quanuis græcorum nonnullis deo nomé hoc inditum placet: ab oppido: uel ab hiſtoria fabuloſa: qua
traditur. Neptunnum quõ ſaxo quandoq; incubaret: ſemen emiſiſſe per quietem: unde Terra concepit

equum mortalibus adhuc ignotum: cui nomẽ Scyphios. Thessalia uero multis antea nominibus dicebã tur. a Pyrrha Deucalionis uxore Pyrrhæa: ab Aemone Rege Aemonia: demũ ab eiusdem filio Thessalo Thessalia. uniuersa regio ab Aleuato Pyrrhæ filio quatuor in partes diuisa est. Thessaliotẽ: Pelasgioten: Phthioten: & Estioten. ut Aristoteles de cõmuni Thessalorum rep. scribens autor est. ℭ Stagnante. inundante. ℭ Peneo. fluuio Daphnes puellæ patre: ut nostræ fabulæ canũt. Is Araxes antea dictus est: qd' per abrupta montiũ se proruat: ut scribit Eustathius in Dionysiũ. præter ossan olympũq; decurrit: collib⁹ dextra læuaq; molliter curuis: nemorosis cõualibus in Thessalia facit q̃ Tẽpe uocãt: undiq; apertioribus Magnesiã interluens in Thermæũ sinum condit. eiusdem filius Atrax fuit ex Bora Nympha susceptus a quo Thessaliæ gẽs Atraces. ℭ Negaret. nõ pateret. ℭ Montes aduersos. obstantes rupes: quas supra scopulos appellauit. nam hæc inter se reciprocam habẽt significationẽ. Verg. scopuli de uertice pastor. i. mõtis. & alibi Claudi. Illius & duri flæuere silẽtia mõtes. hoc est etiã saxa. ut illic exposuim⁹. ℭ Trifida cuspide. periphrasis fuscinæ: q̃ tridens est. hoc autẽ telũ Neptunno tribuitur propter tris mediterranei maris sinus: quos refundit Oceanus: ut Apher Dionysius ex interpretatione Eustathii canit. aut propter aquæ triplicem naturam. Fontium dulcem, Aequoris salsam. Stagnorum mediam: nec amaram neq; gustu gratam.

Equus omniũ primus
Thessalia unde
Peneus.
Araxes
Tempe
Atrax.
Atrices.
Tridens in Neptunno quid.

Peneo stagnante palus: & mersa negaret
Arua colitrifida Neptunnus cuspide montes
Impulit aduersos. Tum forti saucius ictu
Dissiluit gelido uertex Ossæus Olympo.
Carceribus laxantur aquæ: fractoq; meatu
Redduntur fluuiiq; mari: tellusq; colonis.
Postq̃ uicta manu duros Trinacria nexus
Soluit: & immenso late discessit hiatu:
Apparet subitus cælo timor Astra uiarum
Mutauere fidem. uetito se proluit Arctos
Aequore: præcipitat pigrum formido Booten.

ℭ Laxantur. effunduntur. ℭ Carceribus. undiq; præcludẽtiũ rupium claustris. ℭ Fractoq; meatu. ruptis obicibus atq; exitu patefacto. Adiuuat hanc opinionẽ Lyte proximus tempe locus a λυσαι quod est abrumpere nominatus. ut scribit Stephanus. Male qui facto legunt. ℭ Reddunt mari. hoc aũt quoniã fluuios a mari nonnulli manare disputant & incremẽta inde sumere: ut refert Seneca. ℭ Tellus. subaudi redditur. ℭ Colonis. incolis ad habitandum: uel agricolis ad semẽtem. ut referas ad id qd' ante dixit. Cũ mersa negaret arua coli. ℭ Victa manu. ui pluronis abscissa. ℭ Soluit duros nexus. arctas compages laxauit. ℭ Et immẽso late descessit hiatu. Amplissimo & in profundum demerso ore patuit. Enna mediterranea Siciliæ ciuitas est: & ab ea nõ longe nemus: quod in media insula situm: umbilic⁹ Siciliæ nominat. ubi æquata agri planicies & aquæ perennes. Tota uero omni aditu circuncisa atque directa est. quã circa Lacus lucique sunt plurimi: & Lectissimi flores omni tẽpore anni. Prope est Spelunca quædam conuersa ad Aquilonem infinita altitudine. qua Ditem patrem ferunt repente cũ curru exisse: abreptamq; ab eo loco Proserpinã secum asportasse: & subito nõ lõge a Syracusis penetrasse sub terras. Lacũq; in eo loco repẽte extitisse. Vbi Syracusani festos dies anniuersarios agebant: celeberrimo uirorum mulierũq; cõuentu: Propter huius opinionis uetustatẽ. autor in uerrem Cicero: Aristoteles. Diodorus: & Solinus. Orpheus tamen & Pausanias in Attica rem gestã uolunt: qua Cephisus amnis Eleusin præterit i cuius etiam ripis legentẽ flores Orithyiam Chærilus a Borea raptã canit: Simonides & Apher Dionysius ex Ilisso. ℭ Apparet subitus Cælo timor. repẽte cælum turbatur. quod iferni numis aspectu fieri poetæ fingunt. Papinius de Charonte. Qualis si puppe relicta exosus manes nigri sulcator auerni Exeat ad superos. Solẽq; & pallida turbet Astra: nec ipse diu fortis patiẽsq; superni Aeris. ℭ Astra. Sidera. ℭ Mutauere fidẽ uiarum. solitos cursus reliquerũt. ℭ Arctos. sidus in qd' Lycaonis filia Callisto migrauit ex ursa in quã Iunonis indignatiõe: cuius erat pellex: mutata dicitur: aut Dianæ. quoniam uirginitatem prodidisset. fabulam narrat Ouidius & Higynus: & recte ad Septemtrionẽ posita sidera: formidine capta prius inducit. nã specus unde Dispater emersit: ad Aquilocẽ obuersus est. ut recitauimus ex Cicerone. ℭ Proluit se. mari mersit. ℭ Aequore uetito. Tethys Oceani cõiunx in Iunonis alumnæ suæ gratiã Arcton ut alias stellas i mare non recipit. ut est apud Nasonem. Sed qui de Siderum ratione scripserunt: inclinationem mundi dicunt efficere: cur id sidus nõ occidat. lege Maniliũ. Formido terror ex aspectu Plutonis. ℭ Præcipitat. rapit ad occasum. ℭ Bootem. Bootes ut in deorum natura scribit Cicero Arctophylax etiam dicitur. quod Manili⁹ affirmat. & Auienus hoc uersu. Arctophylax siue ut ueteres cecinere Bootes. Arctophylax appellatur quod adhibitus ut quidam custos ursæ uideat. Bootes quod in modum Bubulci plaustrum sequitur. Magnus Sideris ambitus: aliis ad Icarum nonnullis ad Arcadem Iouis ex Calisto filium referentibus: unde Arcadia dicta sit. Sed Duris de rebus macedonicis Quintodecimo: tradit Arcadem qui nomen Arcadiæ dedit Orchomeni filium fuisse: eius a quo Orchomenum ciuitas appellationem sortita sit. de hoc Higynus fabulosa persequitur: quamuis ex historia uideantur. ℭ Pigrum. Iuuenalis Frigida circumeunt pigri sarraca Bootæ: quod epitheton bubulci proprium est. Verg. Tardi uenere bubulci. Nam Legendum sic est: non ut Seruius & alii subulci. quos in bucolico car-

Lyte locus
Enna.
Siciliæ umbelicus.
Proserpiæ rapus.
Cephisus amnis.
Orithyiæ raptus.
Arctos.
Arctos ioccidua.
Bootes Arctophylax.
Arcas
Arcadia unde
Orchomenum.
Bootes piger.

mine nunquam Theocritus introducit:& Aelius Donatus tria tantum pastorũ genera quæ dignitatem

Verg.locꝰ

in buccolicis habẽt:enumerat:Bucolicos:Opiliones & oium minimos αἰπόλους.i.Caprarios.qđ nomen caute cõsultoq; in iis quæ sumpsit a Theocrito Vergil.omisit:ut obseruauit & docuit Gellius. Sed ipse Theocriti uersus:quẽ noster æmulat̃:ubi Subulci mẽtio nulla fit:a nobis est. ηνσον τοί ζον τοί τοί ποί μενες ὠπόλοί ηνσον.Ductores ouium:& qui pascunt rure capellas Et uenere boum custodes.Est & ratio mathematica cur Arctophylax piger appelletur.Nam adeo cardini iunctus est:ut nunq̃

Horruit Orion.audito palluit Atlas
Hinnitu.rutilos obscurat anhelitus axes
Discolor.& longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos.pressis hæsere lupatis
Attoniti meliore polo.rursusq; uerendum
In Chaos obliquo pugnant temone reuerti.
Mox ubi pulsato senserunt uerbera tergo
Et solem didicere pati:torrentius amne

totus occidat:ac opinione prospectantiũ i eisdẽ pene uestigiis stare existimet̃.

Orion.

℄ Orion.ex deoꝝ urina natus dicitur: ut i fastis canit Ouidius.& apud græcos. Pindarꝰ & Aristonicꝰ. Eundẽ Diana subdolo fratris suasu.sagittis extinxit:ut scribit Ister.nam cum dea uiri consuetudine nimium delectaretur : usq; ad stupri suspitionem : idq; Apollo grauissime ferret: nec obiurgationibus quicq̃ ꝓficeret:quod solũ caput natantis Orionis extabat:sorori ꝓcul indicauit;cum sponsione contendens:eã non posse telũ mittere:ad id quod in mari nigrum appareret.quæ cum uellet in eo se studio artificem maxime probare:misso telo caput Orionis traiecit: defunctumq; deflæuit atq; inter sidera statuit,hæc est Orionis Amasia:cuius desiderio pallebat Orion.

Oui. locus

ut est apud Ouidiũ.Pallidus in lyncem syluis errabat Orion.i.quõ Dianæ comes Orion uenaret̃ Ipsius deæ cura carpebatur.Nam qui uel auroram suspicantur Orionis amicam:uel Lyncẽ puellæ nomen existimant:nõ minus quã sequẽtis uersus historiam nõ percipiunt. Pallidus in Lenta Naide Daphnis erat.

Daphnis.

Nam Daphnis(cuius a Marone prætermissa mentio nõ est(Mercurii filius fuit. eundẽ Nympha quædã dilexit:quam Sosithcus Thaliam uocat.quæ suspitiõe pellicis offensa Daphnidis cõgressus auersata ẽ: at ille amoris desiderio cõtabuit.cuius mortem longo carmine deflæt Theocritus.Naidem uero lentã dixit Ouidius:quæ moriente Daphnide cessauit nec opem tulit.ut illud Propertianũ. Hostibus eueniat Lenta puella meis.Alibi tamen Naso Daphnin in Lapidem obduruisse refert. Vulgatos taceo dixit pastoris amores Daphnidis idæi:quem Nymphe pellicis ira Contulit in saxũ. tantus dolor urit amantes.

Orion suspensis uestigiis per aquas currebat.

Hesiodus ait Neptunnum compressa Euryale Minois filia Orionẽ procreasse:qui patris beneficio: super fluctus suspensis uestigiis:ut in terra curreret.sicut Iphyclo datũ dicitur:ut icederet per aristas nec eas infringeret.Castigandus obiter est apud Higynũ locus.in quo dempta priore uocali perperam phyclus legitur:quõ Iphyclus scribendu sit ex interprete Apollonii:qui de Iphyclo phylaci filio idem quod Higynus recitat ex Hesido.℄ Palluit. Territus est.ab eo quod sequitur : id quod præcedit . ℄ Atlas in extre-

Iphyclus p infractas aristas ambulabat.

mis Libyæ mons est ad occasum Diris ab incolis appellatus.huic proxima gens Atlãtum somnia nõ uidet ut Arthianus:& e nostris Cicero tradit.Monti nomẽ dedit Iapeti filius Atlas ex Asia susceptus Promethei frater:quẽ perseus prolato gorgonis capite in montẽ conuertit: quod hospitiũ sibi negasset.fabulam narrat Ouidius.℄ Anhelitus.afflatus equorum.℄ Discolor.niger.ut decolor.i.fuscus & ater in

Atlas mõs

dus.℄ Obscurat.caligine obducit . ℄ Axes.hic tantum polos.i.extremas cæli partes. Sed & stipes teres

Axis.

circa quẽ rota uertitur:& tabula sectilis Axis dicit̃,ut docet Festus.℄ Orbis.a rotũda specie sol . aut lux qua nos incolæ terrarum fruimur.℄ Equos.plutonis de quibus Naso . Diurnum Lumen inassueti non patiuntur equi.℄ Solitos caligine pasci.quibus atra nebula:pabulum est apud inferos. aut qui densissimis in tenebris habent præsepia.quod supra poeta testatur.Qui pascua mandunt Cocyti spaciisq; erebi nigrantibus errant.℄ Hæsere.immoti cõstiterunt.℄ Præssis lupatis.frænis intra dentes astrictis. qđ duræ ceruicis equi plærunque faciunt.℄ Attoniti.consternati.nam qbus uicini fulminis casus aut To-

Attonitus qui.

nitruũ sonitus iniecit stuporẽ Attonitos appellamus:ut autor ẽ Seneca.℄ Meliore polo . Clariore cælo quã qđ apud inferos maligne lucet.℄ Pugnant.luctãtur.℄ Rursus reuerti.redire . ℄ In Chaos uerẽdũ. ad horrendas inferni sedes.& hoc ait q̃m manes solis aspectum non ferunt.inde Anchisæ umbra apud

Vmbræ noctu uagantur & Superi.

Vergilium conqueritur.Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.sed ipsi quoq; dii superi interdiu nõ uagantur,Papinius.huc & sub nocte silenti. Quom superis terrena placent:tua turba relicto Labet̃ cælo:miscebitque oscula iuxta.ubi meras nugas Domitius effutiuit. Nam quid ineptius?quã excidiũ Ro-

Papi.locus

mani imperii illic itelligere?quod propter rerum gestarum magnitudinem: perpetuum fore uaticinati sunt omnes?quom suo Cæsari blãdiens poeta dicat:flauiæ gentis deos quos Domitianꝰ cõsecrauerat: eiusdem Colossum cælitus inscessuros:quom superis terrena placẽt.i.noctu.quo tempore dii terras perrant.℄ Verso temone.reflexo curru.℄ Mox.deinde.℄ Vbi.postquã.℄ Senserunt.passi sunt.℄ Verbe

Pulsare.

ra.plagas.aut scuticam.Tibul.intorto uerbere terga seca.℄ Pulsato.flagris cæso.Verg.Pulsatusue parens.i.uerberatus:quãquam pulsare leuioris est incommodi quam uerberare.℄ Et solem didicere pati. ad solis lumen caligare desierunt.℄ Ruunt.ad cursum effunduntur,℄ Torrẽtius amne hyberno.rapi-

dius torrente qui collectis hymbribus incitatissimus fertur. hybernus autem ita ab hymbre deducitur: ut a patre paternus. Tibul. Aut gelidas hybernus aquas quom fuderit hauster. i. pluuias. ℭ Pernicius. celeri⁹ & Catullus Atalantã: quæ pedum cursu ualuit: pernicẽ dixit. ℭ Hasta Torta. misso iaculo. ℭ Quátum non. Discurrit. quantum non euadit. & amplificat Comparationis excessu uelocitatem. ℭ Iaculũ parthi. sagitta quam parthus eques excussit. nam Parthos iaculandi studio claros esse notum est. Ouidius in Artibus. Tergaq; Parthorũ: Romanaq; pectora dicam: Telaq; ab auerso quæ iacit hostis equo.

Parthi iaculãdi studio clari

Hyberno: tortaq; ruunt pernicius hasta.
Quantũ nõ iaculum Parthi. nõ ĩpetus haustri:
Nec leue sollicitæ mentis discurrit acumen.
Sanguine fræna calent: corrũpit Spiritus auras
Lætifer: infectæ spumis uitiantur harenæ.
Diffugiunt Nymphæ: rapit̃ Proserpina curru:
Imploratq; deas. iam Gorgonis ora reuelat
Pallas: & intento festinat Delia cornu:
Nec patruo cædunt. stimulat communis in arma
Virginitas: crimenq; feri rapturis acerbat.
Ille uelut stabuli decus armẽtiq; iuuencam
Quom leo possedit: nudataq; pectora fodit.
Vnguibus: & rabiem totos exegit in armos.
Stat crassa turpis sanie: nodosq; iubarum
Excutit: & uiles pastorum despicit iras.
Ignaui domitor mundi: teterrime fratrum
Pallas ait: quæ te stimulis facibusq; profanis
Eumenides mouere: tua cur sede relicta

ℭ Non ĩpetus. effrena uis. ℭ Haustri. Venti species pro genere. ℭ Non leue sollicitæ mentis discurrit acumẽ. Mira Superlatio. Nam summa celeritas mentis est: ut inquit Homerus. Thales & Macrobius repetunt. ac si præsertim curis æstuat momento tẽporis: quantumcunque distantia penetrat & assequitur. habentq; mens & iaculum similitudinis inter se quandam cognationẽ. nam per hastam mentis acumen in palladẽ representatur. ut placet Capellæ. ℭ Calent sanguine. tepido cruo perfunduntur. ut equi generosi consueuerunt: quom fræna mandunt. Sedulius. Nec terga frementis Ardua pressit equi: phaleris qui pictus & ostro Ore cruentatum mandenti concutit aurum. Lætifer spiritus: grauis anhelitus. ℭ Corrumpit auras. inficit aerem. ℭ Vitiantur. corrumpũtur. ℭ Nymphæ. proserpinæ comites. ℭ Diffugiunt. in diuersa elabuntur. ℭ Rapitur. sublimis abducitur. ℭ Curru. septimus casus. aut datiuus ex antiqua proportiõe quam Cæsar probauit. ℭ Lucilius. Quod sumptum atque epulas uictu præponis honesto. Affert & alia Gelius exẽpla: quæ Macrobius etiã mutuatur legas ergo. ℭ Curru. pro currus idest i currum. Vergil. ℭ It Clamor cælo.

Curru. Datiuus.

ℭ Imploratque Deas. a Sororibus opem petiti. ℭ Iam gorgonis ora reuelat. Aperit Aegidem. quam ueste obtexerat. supra Claud. tantum Stridentia colla Gorgonis: obtectu pallæ fulgentis obumbrat. & eleganter hoc ait. Nam Verg. appellauit Aegidem arma iratæ Palladis. & Marti. Accipe Belligeræ crudum Thoraca Mineruæ Ipsa Medusææ quo tumet ira deæ. Mineruæ autẽ signum ita effictum Athẽnis erat, ueste ad imos talos demissa: eburneo Medusæ capite ĩ eius pectore. ĩ manu hasta quatuor cubitis amplior: ad pedes scutum iacebat: Iuxta hastam Draco: quem Erichtonium suspicari licet ex fabula. lege Pausaniam. ℭ Delia. Diana. ℭ Festinat. properat ad opem ferendam. ℭ Cornu. arcu. ℭ Intento. nã remiserat. ut ante est dictum. ℭ Nec patruo cædunt. nec ullã habent rationem quod Pluto frater esset Iouis quo parente utraque nata erat. Nam patris mei frater mihi patruus est. ℭ Stimulat in arma. excitat ad auxiliandũ. ℭ Comunis uirginitas. quod & ipsæ Virgines erant. & pudiciciã raptorũ insidiis expositam esse nolebant. ℭ Acerbat. Atrocius uideri facit. nam quo pluris illæ pudiciciam faciebant: eo magis indignitate rei mouebant̃. ℭ Feri raptoris. Ditis. quem deæ rapta Proserpina Sæuissimũ iudicabant. aut est certũ Plutonis Epitheton ferus. ℭ Ille. s. Pluto. ita dearum uocibus nõ mouebatur. ut Leo. ℭ Quom possedit. prædatus est. ℭ Iuuencam. uitulã. ℭ Decus armẽti. eximiam. quæq; sui generis omnibus forma præstaret. ℭ Fodit unguibus. Lacerauit. ℭ Nudata. detracto corio. ℭ Exegit rabiẽ. expleuit famẽ. ℭ In totos Armos. uorato fere toto pectore. ℭ Stat crassa turpis Sanie. Cõparationis Ecbasis nõ insobria. nã duos uersus nõ excedit. ℭ Crassa turpis sanie. cruore fœdatus ac oblitus tabo. Excutit. interedendũ uibrat. ℭ Nodos iubarũ. nodosas & impexas iubas: quod generosi leonis indiciũ esse iam diximus. ℭ Despicit. aspernat̃: ac negligit. ℭ Viles iras pastorũ. uilium pastorũ minas. & est hypallage. ℭ Pallas ait. obiurgatio palladis ĩ Plutonẽ. ℭ Domitor. illudit. ut apud Maronẽ Neptun⁹: Regiq; hæc dicite uestro. ℭ Ignaui mũdi. inertium umbrarũ quod initio dixit. Dii quibus innumerũ uacui famulãtur auerni Vulgus iners. & recte Pallas ignauiã uituperat. quæ sollers ac strenua semper inducit̃: & auersari desidiam. ℭ Teterrime. pexime. quippe qui deteriorẽ mundi partem sortitus est. ℭ Eumenides. a contrario dicuntur Furiæ quoniam beniuolæ minus sunt. ut ignis Sacer in corporũ morbis. i. execran-

Aegis Palladis iratæ arma. Mineruæ signum.

Eumenides.

Ignis facer

dus. de quo nostra traductione Callimachus: Mentimurq; sacrum qui dicimus. auget autem plutonis admissum Pallas: quem non amore sed furiis: quæ semper ad scelus impellunt: actum ait: ut proserpiná raperet. Stimulis. impulsibus. Facibus profanis. rogalibus & abominandis. quibus ad scelera mortales

Sedes scelerata.

deprauant. ℭ Tua sede relicta. tua regia. s. Tartaro. aut præcipitem quendam inferni locum significat quæ scelerata sedes uocatur: ut est apud Ouidiú. Tibul. At scelerata iacet sedes in nocte profunda Abdita. quá circum flumina nigra sonant. ℭ Audes. tanta animi licentia uteris: ut tibi permittas? ℭ Incestare. uiolare.

Audes tartareis Mundum incestare quadrigis?
Sunt tibi deformes Diræ. sunt altera Lethes
Flumina. sunt tristes furiæ te coniuge dignæ.
Fratris linque domos: alienam desere sortem.
Nocte tua contentus abi. Quid uiua sepultis
Admisces? nostrú quid proteris aduena múdú?
Talia uociferans auidos umbone minaci
Cornipedes transire ferit: Clypeiq; retardat
Obiice: Gorgoneisq; premens assibilat hydris.
Prætentasq; aperit cristas. libratur in ictum
Fraxinus: & nigros illuminat obuia currus.
Missaq; pene foret. ni Iuppiter Aethere summo
Pacificas rubri torsisset fulminis alas

ℭ Mundum. quod alio nomie cælum dicimus. Nam Mundus & Cælum unius rei duo uocabula sunt. ut docet Plinius. proinde inepta quorundá curiositas est. qui Mundú ne scribi hic oporteat an Cælum longa disputatione contendunt. ℭ Quadrigis tartareis: infernali curru. ℭ Sút tibi deformes Diræ. habes apud te turpes Diras & te dignas ultrices deas. Ná

Diræ

Diræ furiæ sunt in uita. dictæ quasi deorum iræ. Vergil. Pestis & ira deum. i. Diræ. & alibi: Vltricesq; sedent in limine Diræ. Diras preterea Romani uocát execratiões. quas sollêni quodá ritu peragebant quibus abnoxii grauissimas poenas a diuinitate dare cogebátur. autor Plutarchus in Crasso. ℭ Altera lethes flumina. Lethe cuius Strabo meminit: Hispaniæ fluui⁹ est. hic inferni. de quo Vergi. & nos alibi. ℭ Legitur & numina. utrunq; cômode. ℭ Tristes. Seueræ: crudeles. ℭ Dignæ te coniuge. quæ merito matrimoniú tuú sequátur. ℭ Fratris domos. lucem: quæ Iouis sors est & nô tua. ℭ Alienam sortem. fratris potentatú quem sortito Iuppiter assequutus est. ℭ Abi. facesse. ℭ Nocte tua côtentus. tibi satis esse debêt inferni tenebræ: quas per sorté tulisti. ℭ Quid ui. se. admis. hoc ut scelus obiicit. quoniam Vergi. ait. Corpora uiua nefas stygia uectare carina. ℭ Quid? cur. ℭ Aduena. alterius cæli. ℭ Proteris. calcas. ℭ Nostrum mundum. summas terras quæ superis ad habitádum cesserunt. Id quod totum: sese: cunctaq; complectitur: extra quod nihil

Mundus

est: a pulcherrima partiú dispositione Mundú Pythagoras primus appellauit. Democritus & Epicurus inane imensum & infinitos i eo múdos statuerút. Platonicæ uero familiæ phi: bifariá mundum diuiserunt. quorum alterum facit: alterum patitur. & illud facere dicitur: quod quom sit imutabile: alteri causam & necessitaté permutationis imponit. hoc auté pati: quod per mutationes uariatur. & mutabilem quidem Mundi partem: a sphera quæ Aplanes appellat: usq; ad globi lunaris exordiú: inde uero ad terram mu

Ditis imperium

tabilê esse dixerunt: & illic Ditis sedem atq; inferos statuerunt. autor Macrob. ℭ Vociferans. immane clamans. ℭ Ferit umbone minaci. infesto clypeo. a parte totum. ℭ Cornipedes. equos. ℭ Auidos trásire. redeundi cupidos. ℭ Retardat. remorat. nec elabi sinit. ℭ Obiice clypei. opposito scuto. ℭ Premens. urguens. ℭ Assibilat hydris gorgoneis. Stridentibus Medusæ crinibus equos absterret. hos in pectore Pallas gestare dicit. Prudentius. Et dum Mineruæ pectus hydris asperat. ℭ Prætétasq; aperit Cristas. prætendit & reuelat serpentú iubas. inemédati codices Legunt. prætentaq; operit crista: nullo conueniente

Fraxinus.

sensu. ℭ Fraxinus. hasta. Ná fraxinus arbor (ut inquit Plinius) procera ac teres est pinnata & ipso folio: multumq; Homeri præconio: & Achillis hasta nobilitata. ℭ Libratur in ictum. Componitur ad inferédum uulnus. ℭ Obuia. protenta atque infesta. ℭ Illuminat. quia Cælestis erat & aurea. ℭ Currus nigros. Obscuras Ditis Quadrigas. ℭ Pene. propemodum. ℭ Missa. contorta. Parum inquit abfuit quin Ditem Pallas hasta transfoderit. ℭ Torsisset. uibrasset. ℭ Summo Aethere. ab arce Cæli unde fulmina mittit Iuppiter. ut est apud Ouidium. ℭ Summam petit Arduus arcem. Vnde solet nubes latis induce

Fulmen alatum.

re terris: unde mouet tonitruus uibrataque fulmina iactat. ℭ Fulminis Alas. fulmen ex altera tantum parte pennas habere dicitur. ut apud Aristophanem ueteris comoediæ poetam legimus. An magis igné significat? quem uolucri specie uetustas a ioue mitti credebat: quom quid monere uellet: aut plectere?

Fulmen pacatum

quod ad nostram religionem Prudentius perite transtulit in Agne quom scribit. En ales ignis fulminis in modum Vibratur ardens atque oculos ferit. ℭ Pacatas. prime Manubiæ fulmen intelligit: quæ pacata est & monet. atque ipsius Iouis consilio mittitur. ut Etrusca disciplina prodidit. quod ideo solum

Regis officium

placabile fingitur: qua Iouem idest Regem solum: non nisi prodesse oportet: ut sentit Seneca. ℭ Sed illi nunquá satis illaudati Tyranni: quos iam toties insectamur surdis & hoc auribus prætereunt. de lo-

uis etiam Manubiis plura Pompeius. ℭ Rubri. ut illud Oratii. Rubenti dextera sacras iaculatus arces. ℭ Confessus. testatus. ℭ Generum. sponte filiam plutoni cōcedere. ℭ Hymenæus. hic Apollinis ex Calliope filius Orphei frater fuit: ut de Tragoedia scribens Asclepiades libro sexto refert. Vrania non Calliope matre genitum Catullus ait. Collis o heliconii cultor Vraniæ genus Qui rapis teneram ad uirum uirginem o Hymenee. Nonnulli ueneris filium suspicantur mala Capellæ carminis interpretatiōe. quoniam is ait. O hymenee decens ueneris qui maxima cura es. is enim curam non ut in Ascanio Vergilius accepit: sed tantum deæ carum uoluit significare. quippe cui perpetuus comes adhæreat: ut alibi testatur etiam Claudian⁹. Hunc Musa genitum legit Cytheræa ducemque præfecit Thalamis. Quin ipse Capella: cuius autoritate nituntur: per initia statim primæ Satyræ: hymenæum musa editum ita canit. Tu quē psallentem Thalamis: quem matre Camena Progenitum perhibent. & infra. Seu tibi quod Bacchus pater est: placuisse choreas Cātate ad Thalamos seu genitricis habes. Nec a uero nimis abhorret: quod apud nos tradit Donatus: & Seruius repetit: Hymenæum die nuptiarum Collapsa domo extinctum eē. nam scribit etiam Orpheus eundem Aesculapii beneficio reuixisse: ideoq; Aesculapium a Ioue fulminatum. ℭ Intonat nymbis hiulcis. misso fulmine tonitrus edit. nam quom fulget prospectantium opinione scindi nubes uidentur. inde fulmen hiulcum Papinius appellauit. potiusquam quod hiare facit. ut Lutatius interpretatus est. Deos qui fulmina mittunt ex Plinio nec in iis Hymenæum nouimus. Sed

Hymēæus Musæ nō Veneris filius ut uulgo credit.

Aesculapius cur a Ioue fulminatus.

Hiulcum fulmen. Papinii locus.

Confessus gener: Nymbis Hymenæus hiulcis
Intonat: & testes firmant connubia flammæ.
Inuitæ cessere deæ. compescuit arcum
Cum gemitu: talesq; dedit Latonia uoces.
Sis memor o longumq; uale. reuerentia patris
Obstitit auxilio. nec nos defendere contra
Possumus. imperio uinci maiore fatemur.
In te coniurat Genitor: populoq; silenti
Traderis: heu cupidas non aspectura sorores:
Aequalesq; choros. Quæ te fortuna supernis
Abstulit? & tanto damnauit sidera luctu?
Iam neq; Partheniis innectere rætia lustris:
Nec pharetram gestare libet: Securus ubiq;
Spumet aper: sæuiq; fremant impune Leones.
Te iuga Taygeti: posito te Mænala flæbunt

ita Claudianus hoc dixit: ut Iuno Vergiliana. Tu potes Aeneam manibus subducere graium. Proque uiro nebulam: & uentos obtendere inanes. Et potes in totidem Classem conuertere Nymphas. quæ per alios egisse Venerem constat. sed ei cuius gratiæ datum est imputatur. Ita nunc tonitrum quo matrimonium Iuppiter approbauit Hymenæo poeta tribuit. aliter non conueniret. ℭ Flammæ testes. fulminis interuentus. ℭ Firmant connubia. Confarrationem matrimonii ratam faciunt. ex antiqua nuptiarum religione. Nam noua nupta ignem & aquam iubebatur attingere. causam refert Plutarchus in problematibus: & Lactantius: ac utroque prior. Varro. Sed locum hunc commode poeta transposuit: ex illo Vergil. Fulsere ignes & conscius Aether connubii. ℭ Deæ. pallas & Diana. nam Venus confecta re iam discesserat. ℭ O. suspende particulam quo mitior affectus exprimatur. ut apud Vergilium. O lōgum formose uale: uale inquit Iolla. ℭ Longum uale. Verg. Salue Aeternum mihi maxime Palla Aeternumq; uale. nam mortuos hac salutatione tanquam non amplius uisuri ueteres dimittebant. ut Varronis testimonio tradit Ser. & nos ante diximus. ℭ Reuerentia patris obstitit auxilio. pietas in Iouem nostra non sinit ut opem tibi feramus. ℭ Nec nos defendere contra possumus. Antipophora quod si maxime uellemus; irriti conatus essent: in summum deum. ℭ Fatemur. ingenue de nobis dicimus. ℭ Vinci maiore imperio. impares esse Iouis numini. ℭ Genitor. utriusq; pater Iuppiter. ℭ Coniurat inte. Conspirat ad hanc rapinam. testatur & Hesiodus Iouis permissu raptam esse proserpinam. ℭ Populo silenti. umbrarum periphrasis: quæ uoce carent. Non aspectura. quæ posthac nō uidebis. ℭ Sorores cupiditas. studiosas & amantissimas tui. ℭ Aequales choros. Aequalium uirginum coetum. ℭ Quæ fortuna. quæ sors aduersa? ℭ Abstulit te superis. Eripuit cælestibus? aut ex hac luce? ℭ Iam. te amissa. ℭ Neq; libet. non sedet animo: neq; iuuat. ℭ Innectere rætia lustris Partheniis. Parthenii montis saltus indagine cingere. in hoc frequenter Dianam uenari solitam cum uirginibus: ante diximus. unde nomen ἀπὸ τῶν παρθένων. ut scribit Seruius. ℭ Nec pharetram gestare libet. Nam Sagittarū Thecam uel ociosa Diana non reponit. Vergilius. Illa pharetram fert humero. ℭ Aper. agrestis Sus ab asperitate setarum: ut Varro sentit: uel a græcis qui κάπρον dicunt. ℭ Spumet. allusit ad apri naturam: qui spumam frēdens emittit. inde Vergilius. Aut spumantis apri cursum clamore prementem. ℭ Seui. feroces. ℭ Fremant. rugiant. quod nimiæ securitatis indiciū est. nam in periculis. & timore tacent. ℭ Impune. passim. ℭ Te flæbunt. affectum traxit ab hyperbole. ℭ Iuga Taygeti. Montis Laconiæ qui Spartæ & Amyclis immi-

Ignis & aqua in matrimonio.

Salue. Vale.

Partheniius mons.

Aper.

Dianæ gratissima loca.

Taygetus · Perge · Doliche · Mænala · Cynthus.

netita quam cæteri montes Dianæ gratior: ut ex urbibus Perge: ex insulis Doliche. autor in hymnis Callimachus. Est autem Doliche e regione Chimeræ lycii montis insula. Perge uero Pamphiliæ ciuitas: unde Diana Pergæa. Monti Taygete Nympha nomen dedit Eurotæ mater: ut scribit Stephanus. illic erant densissimi saltus lacænarum uenationibus. quas hic intelligit. ¶ Mænala, mons Arcadiæ Lycaonis filio cognominis. ut ante est dictum. ¶ Posito uenatu. omisso uenandi studio nam illic etiam Nymphæ uenabantur. inde quom uenatricem uellet designare Vergilius ait. aut uirginis arma Spartanæ. ¶ Cyntho. Deli monte. Sed & ipsa quandoque Delos ita dicta est. a Cyntho Oceani filio: quod tradit Stephanus. inde primũ Diana profecta in Atticã ad Agras uenationẽ exercuit: ut legimus apud Pausaniam. ¶ Quinetiam. præterea. ¶ Delubra fratris. Apollinis fanum. ¶ Delphica. Callisthenes de rebus græcis. iii. Clara græciæ oracula hæc enumerat. Is menium in agro Thebano Throphonium in Lebadæa: & quod phocense uocant ad Abas: omniumque præstantissimum Delphis in Bœotia iuxta Parnasum. de quo Trogus & Strabo plura. Delphis nomen a se dedit Neptunni filius Delphus ex Melantho susceptus filia Deucalionis. ut scribit interpres Lycophronis. quam Neptunnus in Delphinem mutatus compressit: unde nato puero nomen. fabulam percurrit Ouidius. in eiusdem dei mentione quom ait. Te sensit equum Crinita colubris Mater equi uolucris: sensit Delphina Melantho. Nam quod alii legunt de Melantho Protei filia: non conuenit.

Agræ loc⁹ atticæ. · Oracula totius græciæ clarissima. · Delphi unde · Delphus · Melantho · Deucalionis filia. · Oui. locus

Venatu: mœstoq; diu lugebere Cyntho.
Delphica quinetiam fratris delubra tacebunt.
Interea uolucri fertur Proserpina curru
Cæsariem diffusa noto: planctuq; lacertos
Verberat: & quæstus ad nubila fundit inanes.
Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela Pater? Sic me crudelibus umbris
Tradere? Sic toto placuit depellere mundo?
Nulla ne te flectit pietas? nullum ne paternæ
Mentis inest? tantas quo crimĩe mouimus iras?
Nõ ego: te cõtra q̃teret quõ phlegra tumultus:
Signa deis aduersa tuli. Non robore nostro

Verg. carmẽ expõit · Aeacidarũ una necis sors. · Delphici oraculi dies nefasti

Quæritur & a nonnullis: etiam bene doctis. Cur Neptolemi cædem scribens Vergilius: Delphicas Apollinis aras patrias appellarit. Equidem sicut affirmare non ausim. Vana ne sit historia quam Seruius affert an non. ita omissis ambagibus: absolute patrias illic accipio: quoniam Pyrrhus ad aras eiusdem dei obtruncatus est: cuius antea pater eius Achilles. quod etiam Pausanias notauit. qui ad hanc sententiam græce loquitur. Subit admiratio cogitantem. omnibus qui Aeacidarum cognomine censebantur: unam necis sortem diuinitus obtigisse. Siquidem Achillem a Paride Priami filio & Apolline interfectum Homerus autor est. Pyrrhi Achillis filii cædem oraculum Delphicis imperauit. Postremo Pyrrhus Aeacidæ filius Argis diem obiit necis autore Cerere: ut Argiuorum fides asseuerat: & Leucæas carmine complexus est. hæc ille. Maronis ergo Andromache patrias aras dixit: quasi Achilli Pyrrhoq; fatales. ¶ Tacebunt. & hoc ab historia. Nam religiosis quibusdã diebus: Delphis respõsa non reddebantur. ut Plutarchus in Alexandro refert. meminit & Ausonius ad Paulinũ. ¶ Interea. dũ hæc Diana conqueritur. ¶ Fertur. rapitur. ¶ Volucri curru. citatis dei Quadrigis. ¶ Cæsariẽ diffusa noto. passis ad uentum crinibus. ¶ Planctu. palmaȝ plausu. Ouidius in Fastis. pectore plangit humum. idest pulsat. ¶ Fundit quæstus inanes. uanas querelas. ¶ Ad nubila. in auras quo spiritus oĩs comeat. & ipsa uox aer ictus est. ut philosophi disputant. aut spargit in uentos. a quibus irrita uerba dissipari dicuntur. Tibullus. Hæc mihi fingebã quæ nunc Eurusq; Notusq; iactat odoratos uota per Armenios. ¶ Pater. affectum mouet hoc nomen. ¶ Torsisti. iaculatus es. ¶ In me. licet filiam. ¶ Manibus fabricata Cyclopum tela. fulminis circumlocutio. de Cyclopibus: qui fulmina Ioui fabricant: repete quæ supra diximus. Est autem Pathos a minore: nam quom de cælo tangi per se magnum fit: minus tamen esse contendit quam ita rapi. ¶ Sic me? Sic me? breuibus huiusmodi interrogatiunculis: infinita prope miseratio comparatur. ¶ Placuit? uisum est? ¶ Vmbris. manibus. ¶ Pietas. sanguinis caritas. ¶ Nullum mentis paternæ. Nihil affectus paterni. qui nimirum magnus est. Vergilius. Patrius neque enim consistere mentem passus amor. ¶ Tantas quo crimine mouimus iras? instat interrogando. quoniam difficilis est responsio. nam quid aliud a Ioue dici posset: quam nullo? ¶ Non ego. Vergilii locus. apud quem Dido. Non ego cum danais troianam excindere gentem Aulide iuraui. ¶ Signa deis aduersa tuli. plus est quã si diceret arma sumpsi. Nam militari Romanorum more non nisi Strenuissimo cuique uexilla committebantur: quos totus exercitus sequebatur: inde tractum. ut in quacunque re princeps: metaphorice signifer appellatur. Prudentius in Diuo Romano. Tu causa mortis. Tu malorum signifer. idest autor. ¶ Quateret quom phlægra tumultus. Pallene Thraciæ ciuitas cui Pallene Sithonis filia: Cletique

Signifer · Pallene.

(ut Egeſippus ait)uxor a ſe nomen dedit:Phlægra dicta prius eſt.ob ea quæ de Gigantibus illic geſta hominum opinione referuntur. Verum de rebus Macedonum ſcribens Theagenes aliter hiſtoriæ fidem prodit.Pallenem quæ ueteri nomine Phlægra uocabatur: Homines inquit tenuerunt:quibus immanitas & ſuperbia morum:Gigantum cognomen peperit.in hos ineunte prælium Hercule:fulmina de cælo ferri:donec ſe fugæ commiſerunt:magnaque uictoria ſuperati ſunt.inde rumor in uulgus Belli contra deos Gigantum manauit.Idem ſentit Eudoxus. Eſt & altera Campaniæ phlægra : quam par hiſtoria comitatur:ut refert Strabo.ab utraque Phlægreus deducitur : & uni Lycophroni phlægrus.

Gigātes q Phlægra

Phlægre⁹. Phlægrus.

Oſſa pruinoſum uexit glacialis Olympum.
Quod conata nefas? aut cuius conſcia culpæ
Exul ad immanes Erebi detrudor hiatus?
O fortunatas:alii quaſcunq; tulere
Raptores:Saltem comuni luce fruuntur.
Sed mihi Virginitas pariter cælumq; negatur.
Eripitur cum luce pudor.terriſq; relictis
Infelix ſtygio ducor captiua Tyranno.
O male delecti flores:deſpectaq; matris
Conſilia:O Veneris deprenſæ ſerius artes.
Mater Io:ſeu te phrygiis in uallibus Idæ
Mygdonio buxus circumſonat horrida Cantu.

¶ Robore.ui. ¶ Oſſa. Theſſaliæ mons:de quo ſupra. ¶ Glacialis.niuoſa. ¶ Vexit. impoſitum tulit. negar a ſe montes congeſtos : ut olim a Gigantibus quom iter affectarent in cælum. Vergilius in Aetna. Conſtruitur magnis ad prælia montibus agger Pelion oſſa creat: ſummus premit oſſan olympus. ¶ Olympum.Macedoniæ montem.cuius ante meminimus. ¶ Pruinoſum. roſcidum. nam ſereno cælo ros etiam cadit:niues non niſi turbato. atque Olympus adeo ſublimis ē. ut credatur altius etiam quam unde hymbres cadunt ſurgere. quia de aris quas in uertice ſuſtinet non abluitur cinis. autor Solinus. ¶ Detrudor. ipulſu pellor. ¶ Immanes hiatus,Barathrum. ¶ Erebi. inferni. ¶ O fortunatas.exclamatio quæ ſignificationem doloris habet : & pathos excitat. ut illud Andromaches apud Maronē.O felix una ante alias Priameia uirgo Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis iuſſa mori. ¶ Raptores.quicunq; prædones.& nō hic. ¶ Saltē.confirmat ſententiam. ¶ Comuni luce fruuntur.lumen ſolis uſurpant:quod omnibus æque patet.Ouidius. Communemq; prius ceu lumina ſolis & auræ Cautus humum longo ſignauit limite foſſor. ¶ Negatur.auferſ. ¶ Pariter.una. ¶ Virginitas & cælum.pudor ac dies.quod inſequētia declarant. ¶ Captiua.non uxor: aut pellex:quæ uoluptatis nomina ſunt:ſed quo pathos augeat:Captiua dixit. ¶ O male delecti flores.quorũ gratia rapinam patior. ¶ Male.mea cū pernicie.Lucanus de Syrtibus.Sic male deſeruit. ¶ Deſpectaq; matris conſilia.nam filiæ diſcedens Ceres mandauerat : ne foras euagaretur. ſupra de Proſerpina Claudianus.Iamq; audax animi:fideiq; oblita parentis &c. ¶ Artes.fraudes.unde illud Maronis.Artificis ſcelus.nam quā græci technam.nos artem uocamus & dolum. ¶ Deprēſæ.detectæ. ¶ Serius. tardo, nam prius oportuerat:quā nocerent. ¶ Io.dolendi particula. Tibullus Vror Io remoue ſæua puella faces & apud Sophoclem Philoctetes itemtidē clamat Io Io.exprimit & lęticia geſtientis affectum.Naſo. Dicite Io pæan & Io bis dicite pæan.Eſt & iubilantium Ruſticorum.quos imitatus Apriſius ait. Io Baccho,quis me iubilat? ¶ Seū phrygiis in uallibus Idæ.hyppallage eſt enim ordo in uallibus idæ phrygiæ. de qua ſuperius expoſuimus. ¶ Cantu mygdonio.Lydio. Nam Carius Iouis & Torrebiæ Nymphæ filius:quom forte uagus erraret:incidit in paludem.quoi quom nondum nomen eſſet:ab eius matre Torrebia uocitauit ibi Nympharũ quas Muſas lydi appellant:auditos cantus edidicit:autorq; lydiæ modulationis extitit.ut Nicolaus damaſcenus in quarto refert:& Stephanus.Martianus præterea Capella ita ſcribit in nono.In lydia Nympharum inſulas dicunt.quas etiam recentior aſſerentium Varro ſe uidiſſe teſtatur quæ in medium ſtagnum a continenti procedentes : cantu tibiarum primo in circulum motæ: dehinc ad littora reuertuntur.Eundem ſane locum deſignat Plinius libro naturalis hiſtoriæ.ii.In lydia quæ uocantur Calaminæ:non uentis ſolum ſed etiam contis quolibeat impulſæ:multorum ciuiū bello Mithridatico Salus. Sunt & in Nymphæo paruæ ſaltares dictæ : quoniam in Symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.Fugerunt hæc Hermolaūm qui Calminas caſtigat Stephani teſtimonio:quom tamen is non Calbin ſed Calbion in lycia fontem memoret:quem alii Calenō: nōnulli per.M.Calemon(ut ait)uſurpent.& illic de fluctuantibus inſulis:nō de fontibus:aut aquis omnino Plinius agat.quæ uero tanta nominis eſſe poteſt affinitas?ut tota prouincia diligentiſſimus locorum perſcrutator aberrarit?Nos in Lydia contendimus eſſe:non in lycia:neq; fontē ſed inſulas : Calaminas appellatas:uel a Calamis ad quorū cantū nūeroſius mouebātur:ut athenienſi Demetrio nr̄o placet uel ut equidē legerim.Carias a Cario Iouis filio:q diuinos honores aſſequutus in lydia quoq; mōti nomē a ſe dedit cædē ſaltares ēt noiant.qppe Nympheus a Nymphis illic habitātib⁹:& Torrebia duo lacus uni-

Olympi altitudo.

Male

Artes

Io

Torrebia lydiæ pal⁹ Muſæ.

Lydia Harmonia.

Plinii loc⁹ diligentea examiatus

Calaminæ iſulæ quæ ſaltares.

Carius uiri nomen : & Montis.

us nomina sunt: insulasque Calaminas seu Carias: nõ diuersas accipimus. Quin ipsa Plinii uerba sic emẽ-
Nymphæ⁹ danda censemus. Sunt in Nymphæo paruæ saltares etiam dictæ. ut uerbum: sunt: cum superiore simul
ac sequente clausula coniungatur: & quas antea nomine Calaminas in Lydia constituerat easdem in
Nymphæo ibidem lacu circumscribat: quæ saltares alio uerbo memorentur: ex causa quam refert. Cõ-
fer uerba Nicolai: Stephani: Varronis & Capellæ: cum Plinianis: & nihil ambiges. Multorum uero ciui
um Mithridatico bello salus fuerunt. quoniam Regis iussu quom quicquid ciuium Romanorum in
Asia fuit trucidatum esset: ut narrat etiam
Liuius: in has insulas cõplures elapsi sunt
a cæde. ℂ Seu incolis: seu re nunc habent.
ℂ Dindyma. deum matri sacer mons im-
minens Cyzico dictus (ut autumat Philo-
stephanus) quod illic ubera extiterint ge-

Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis: & Strictos Curetum despicis enses:

Dindyma mons uñ. mina: quæ Didyma græci uocãt. Strabo tantum numero multitudinis: Statius unius etiam declinauit.
Cui uertice sacro Dindymon & cæsis decreuit montibus Ida. Græcus autor Horus de populis & urbi-
Caput per furorem iactare ubi primum. bus scribens ait. monti nomen inditum Δια την δινησιν. i. a capillorum rotatione quam illic Fana-
tici factitabãt. unde mos iactandi per furorem capitis: ad alios postea manarit. alii quoniam: Didymis.
hoc est duobus iugis assurgat. Nonnulli ferunt in porto Dianæ comitem puellam fuisse: cui nomẽ Au-
ra. que liberi uim passa quom Dianam uereretur ĩ eum locum cõfugerit: enixamque uno partu geminos
Aura Nympha. quos Διδυμους græci uocant: appellationis causam dedisse. ut Pocridis apud Ouidium timor non
uanus omnino fuerit: quæ tanquam puellæ nomen accepit Aurani quam Cephalus a uenatione capta
bat. ℂ Vlulantia Catullus de sacris Cybeles. ubi sacra sancta acutis ululatibus agitãt. ℂ Gallis. Gallus
& Atys adulescentes officii formæque gratia deum matri dilecti: quom forte numinis offensam con-
Teria flu. g & Gall⁹ traxissent: acti furore pudenda sibi absciderunt. Quorum Gallus ad Terian Phrygiæ fluuium consedit:
qui postea Gallus ab eo dictus est. ut Polyhistor Alexander de phrygibus scribens libro tertio refert.
Galli sacer dotes uñ. Ab hoc amne Berecyntiæ Sacerdotes Galli memorantur: cuius aqua epota mentem mouet. Ouidius
in Fastis. Inter ait uiridem Cybelen altasque celenas Amnis it: ĩsana nomine Gallus aqua. Qui bibit in-
Ouid. loc. de furit. Ad hoc Ouidii carmen ex arte amandi nonnulli referunt. Porrige & ancillæ pœnas quæ luce
pependit Lusa maritali Callica ueste manus. Nos autem qua luce legimus ex Aristide Milesio. qui de re
bus Italicis scribens libro primo sic ait. Gallorum Dux Atepomorus quom Romanos longa obsidione
iam fessos ac fathiscentes uideret: postulauit: ut si saluos se uellent matres familias & uirgines ad stu-
prum dederent. Senatus Retanæ ancillæ consilio ad hostes habitu dominarum submisit ancillas: dato-
que ab eisdem signo eruptione facta Romani somno meroque depositos Gallos omnis obtruncant. par-
ta uictoria Ancillariorum diem sollennem perpetuo sanxerunt. historiam repetit etiam Plutarchus. &
Macrobius: sed is alios sequutus annales ab Aristide Paulo deflexit. Ouidius Amanti præcipit: ut No-
nis Caprotinis quo die Galli cesi sunt aliquid ancillæ largiatur: ut alacrius operam nauans: ad dominã
iter affectet. ℂ Sanguineis. qui sua membra dissecant: quem morem noster Prudentius insectatur: & Pa-
Curetes. pinius expressit. Pinigeri rapitur Simoentis ad undam Dux uesana chori: cuius dea sanguine lecto ipsa
dedit ferrum. ℂ Despicis. spectas. aliqui dexeris legunt. i. euaginas ac stringis. unde nudus gladius exer-
Curetum fabulosa origo tus dicit. quippe ex atque de præpositiones: ut numeris obsequant inuicẽ poetæ ponunt. ℂ Curetum. de
his longa Strabonis est disceptatio. quos alii i Creta: Alii in Eubœa: Alii in Samothracia: Alii ĩ Phrygia
Iouem nutriuisse sentiunt. ii ne uagitu puer sese proderet: excogitato nouo lusus genere Clypeolis Ae-
Dactyli Idæi. neis inter se concurrentes æris Tinnitu: atque numerosi pedis compositione: qui Dactylus ab eis dictus ẽ:
Saturnum cælauerunt. Eorum præterea fabulosam originem Diomedes grammaticus exequit. Aiunt
Curetes unde inquit opem in Idam Cretensem ex fuga delatam: quom puerperii tempus instaret: primam montis par
tem manibus apprendisse: atque ita partu solutam ex impressione uero palmarũ Curetas produisse: quos
Anchiale Nympha: ab effectu græci nominis dactylos. i. digitos & Idæos a monte nominauerunt ut a populis oculorum quas
græci κορας appellant: uel a galearum cono Curetes. Idem uidetur confirmare Lucre. hoc uersu. Ter-
rificas capitum quatientes numine cristas. Apollonius & eius interpres ex Stesimbroto: non ut Diome-
des ab ope sed a Nympha quam uocant Anchialen id factum narrant. Affert Vibius in opusculo de flu
minibus Atacini Varronis super hac ipsa re carmen: cuius etiam testimonio Seruius utitur. idest huius-
modi. Quos magno Anchiale partus adducta dolore. Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis. i.
Defensus a Calũnia Seruius. Cretæ solum. cuius fluuius Oaxes est: ut ipse quoque Seruius ex Plisthene græco (ut arbitror) autore reci-
tat. Quis ergo Politianum ferat: qui super Oaxe fluuio & Creta fœde lapsum Seruium scribit: quom is
multo quam ipse copiosius de Oaxe Cretæ amne disseruerit. Testantur aliquot eius antiqua exẽplaria:
Testatur etiam Boccatius: qui nescio quid de hoc ipso Oaxe iamdudũ ex interpretatione Seruii suis ge
nealogiis Iseruerat. Sed & ipse quoque deprauatũ codicẽ nactus Antilenã corrupto puellæ noie pro An-
Ouid. loc. chiale trãscripsit. idẽ uitiũ sequuti sunt qui Maronis opa Mli nup ipresserunt. deflexo in deterius (ut so
lẽt) loco: qppe qui nũc Antilenã quoque tutelã scripserit. Ex hac historia Nasonis uersus ex. iiii. metamor-

phoſcon ſuperioribus annis legimus & interpretati ſumus. Tactaque ſatos curetas ab Ida: quamuis ab hymbre ſcriptum ſit. Nam qui reparatos a fungis Curetas aiunt nullos aut certe malos habent autores Illud autem quod pro ſe firmiſſimũ ducunt. Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis: nihil ad curetas facere in noſtris originibus diſputabimus. libet tamen adhuc Ouidii carmen in medio relinquere. ¶ Exitio ſuccurre meo. meæ neci nam ſimplici quodam puellari timore uidebatur ſibi mortem obire. ¶ Comprime. ſtare coge. ¶ Habenas ferales. mortiferũ currum. ¶ Prædonis. raptoris. ¶ Torui. Atrocis: quod ex aſpectu colligebat. ¶ Ferox. quanuis ferox ac flecti indocilis. ut ſupra dixit. ¶ Fletu decoro. pulchro. nam quanquam lugentium deprauantur ora & gratiam ſiquam habent amittunt: nonnullæ tamen formoſiores ĩ luctu uidentur. ut in Tecmeſſa notauit Ouidius: quæ mœrens Aiaci placuit. ¶ Primi ſuſpiria ſentit amoris. ducto gemitu teſtatus eſt. amori tandẽ ſuccubuiſſe. ¶ Detexit. ſcribe deterſit. i. ſiccauit. ¶ Amictu. ueſte. ¶ Ferrugineo. proprius inferni color is eſt. Verg. de Charonte. & ferruginea ſubuectat corpora Cymba. ¶ Deſine. noli. ¶ Vexare. ſollicitare. ¶ Animum. ſcilicet tuum puellarẽ. ¶ Funeſtis curis. mortis metu: nam ſe perditũ iri ꝑſerpina dubitabat: aut certe pernicioſis ait quæ corpus extenuãt: & necem plærunque maturant. ¶ Vano. nam nihil eſt quod timeas. ¶ Nec indigni tedas patiere mariti. non nubes inglorio. ¶ Tedas. cõiugium: ex eo nuptiarum ritu: quem ſupra recitauimus ex Plutarcho. ¶ Ille ego Saturni proles. Extenuat culpam commemoratione ſuæ dignitatis: quam amplificat emphaſis geminati pronominis. Pluto uero (quod ex Euhemero ſcribit Ennius): Saturni filius fuit & Rheæ Iouis frater.

Ferrugineus inferni color

Exito ſuccurre meo Compeſce furentem.
Comprime ferales torui prædonis habenas.
Talibus ille ferox dictis flætuq; decoro
Vincitur: & primi ſuſpiria ſentit amoris.
Tunc ferrugineo lachrymas deterſit amictu.
Et placida mœſtum ſolatur uoce dolorem.
Deſine funeſtis animum Proſerpina curis:
Et uano uexare metu. maiora dabuntur
Sceptra: neç indigni tedas patiere Mariti.
Ille ego Saturni proles: cui machina rerum
Seruit: & immenſum tendit per inane poteſtas.
Amiſſum ne crede diem. ſunt altera nobis
Sidera: ſunt orbes alii: Lumenq; uidebis
Purius: Elyſioſq; magis mirabere campos:
Cultoreſq; pios; illic pretioſior ætas:
Aurea progenies habitat. Semperq; tenemus.

¶ Cui. mihi. ¶ Seruit. famulatur. ¶ Machina rerum. mundi elementa: nam quicquid oritur in terram recidit: ut dictum eſt. ¶ Poteſtas. imperium. ¶ Tendit. propagatur: ac ſe porrigit. ¶ Per inane. per inferos qui uacui ſunt: & omnium capaces: ut Ouidii carmine iam docuimus & Verg. Perque domos ditis uacuas: & inania regna. de ſede Plutonis & potentatu: repete quæ ſuperius ex Macrobio copioſius expoſuimus. quippe nonnulli ex grauioribus & Platonicæ ſectæ philoſophis diſputabant: inter Lunam terraſq; locum mortis & inferorum uocari: Ipſamq; lunam eſſe uitæ mortiſq; confinium. & animas inde ad terram fluentes mori: inde ad ſupera meantes ad uitam reuerti. ¶ Immenſum. infinitum. quod Democritus Epicurus & Lucretius ſenſerunt. ¶ Altera ſidera. præter ea quæ ſunt apud ſuperos: aut certe clariora. Vergilius in Elyſiorum mentiõe. Largior hic campos Aether: & lumine ueſtit. Purpureo: ſolemq; ſuum ſua ſidera norunt. nam purior iis fulget Sol qui colunt inſulas fortunatas in lunæ corpore quam nobis qui longius abſumus. ¶ Orbes. aſtrorum globi: uel terræ ſpacia. ¶ Magis mirabere. longe ſuſpicies: & alluſit ad illud Maronis. Quanuis Elyſios miretur græcia campos: quos ĩ Bœotia celebrat Lycophron in agro Thebano: Dion: Plutarchus & Philoſtratus in inſulis Britanicis ad Oceanũ quibus aſtipulantur Eurypides: Heſiodus: & Homerus. in Arcadia quoq; redduntur: & in Hiſpania: quod ſcribit etiam Strabo. Herodotus & Duris Aegypto contribuunt nõ procul a ciuitate cui nomẽ Auaſis. Eoſdem Deiotari gener Caſtor: ille Romani nominis ſtudioſiſſimus in lunæ globo conſtituit unde inſtitutum ait. ut qui natalibus apud Romanos præſtarent lunulas in calceis ferrent: argumento. quod obita morte rurſus animi ſubiectã pedibus lunã calcabunt. id qđ Lucanus: & Papinius affirmauerũt. ¶ Pios. nam ſolum qui cũ uirtute uixerunt illuc accedunt. Infra Claud. Exultant cũ uoce pii. ¶ Pretioſior ætas. præſtantius hominũ genus. alluſit autem ad quattuor illas ætates quas a metallis Heſiodus appellauit. ¶ Aurea progenies. qualis ſub Saturno fuiſſe dicitur. Quæ uindice nullo ſponte ſua ſine lege fidem: rectumq; colebat: ut eſt apud Ouidium. Prudentius in Symmachum de Saturno. Hæc cauſa eſt & origo mali. Quod ſecla uetuſto Hoſpite regnanti crudus ſtupor aurea finxit. ¶ Semperq; tenemus quod ſupme. ſc. Superos quibus opponunt ĩferi: deos aut homines apte poſſumus hic ĩtelligere. ſed in diis altior

Plutonis imperiũ.

Lunati calcei cur.

Aurea Aetas.

erit ratio:quippe tum nos in feros statuemus:qui semel animam cælitus sortiti non amplius amittim⁹:
nam subinde per corpora migrat.ut Aegyptios sequutus Pythagoras asserebat.Si uero superorum no-
mine mortales accipias:perspicuus sensus est.ℭ Mollia.florulenta:quæ substratis herbis plumeum to-
rum præbent.contra Tibullus humum cultam pro dura posuit : q arata tellus & herbis nuda mollem
iacenti confessum non exhibet.Et te dum liceat teneris retinere lacertis Mollis & inculta sit mihi som-
nus humo.ℭ Halant.spirant.ℭ Melioribus Zephyris.fœcundioribus. & quorum flatu speciosius ter-
ra floreat.ℭ Perpetu⁹. per totum annum.

Quod superi meruere semel.nec mollia desunt
Prata tibi:Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores:quos nec tua protulit Aetna.
Est etiam lucis arbor prædiues opacis:
Fulgentes uiridi ramos curuata metallo.
Hæc tibi sacra datur:fortunatumq; tenebis
Autumnum:& fuluis semper ditabere pomis.
Parua loquor.Quicqd liquidus cōplectit̃ aer
Quicqd alit tellus:qcqd maris æquora uerrũt:
Quod fluuii uoluũt: quod nutriuere paludes:
Cuncta tuis pariter cædent animalia Regnis
Lunari subiecta globo:qui septimus auras
Ambit:& æternis mortalia sæparat astris.
Sub tua purpurei uenient uestigia Reges:
Deposito luxu:turba cum paupere mixti.
Omnia Mors æquat. Tu damnatura nocentes:
Tu requiem latura piis:te iudice sontes
Improba cogentur uitæ commissa fateri.
Accipe lethæo famulas cum gurgite Parcas.
Sit Fatum quodcunq; uelis . Hæc fatus ouātes
Exhortat̃ equos:& Tartara mitior intrat.

ℭ Quos . idest quales Vergilius . Quos
ue dabas gemit⁹.ℭ Tua Aetna.suboritur
illa eadem controuersia: Aetna scribendū
ne sit an Enna. Callimachus in hymno Ce
Enna. reris Ennam deæ sacram canit.sed & Aet-
na defendi potest: ut ante diximus . ℭ Est
etiam arbor. Aemulatio Maronis qui pri-
mus(ut sentit Seruius) commētus hoc est.
Arbor au- ℭ Prædiues.aureo ramo. ℭ Lucis opacis.
rea Proser- expressit illud Maronis hunc regit omnis
pinæ sacra Lucus.ℭ Fulgentes. aureos ab eo . Disco-
lor unde auri p ramos aura refulsit. ℭ Vi-
ridi.fuluo.ℭ Sacra.datur.dicatur. Vergi.
Iunoni infernæ dictus sacer . Autumnum
fortunatum. preciosos & aureos fructus:
Autunnus ab anni tempore proueniunt.hinc Autum
unde nus (ut Festus autumat) dictus est . quod
tum maxime coactis fructibus hominum
opes augentur.ℭ Fuluis pomis.Vergi.Au
rico mos q̄ quis decerpserit arbore fœtus.
ℭ Lunari subiecta globo. Pythagoras exi
stimauit a lacteo circulo deinceps incipe-
Ditis īpiū. re Ditis imperium : quia animæ inde lap-
sæ : uidentur iam a superis recessisse . inde
primam nascentibus alimoniam lactis ait
offerri. quia primus animis mot⁹ a lacteo
Globus So īcipit:ī corpora terrena labētibus. ℭ Qui
lis & Lunæ scilicet globus & orbis lunæ . Vergil. Lu-
centemque globum lunæ, Sed & Solis eti-
am globus dicitur.Prudentius. una uirtus
condidit Globos dierum:noctiumq; præ-
sides.Et alibi. Cadet rotatus solis in terrā
globus.ℭ Septimus.ī ordine planetarum.
qui sunt.Saturnus:Iuppiter : Mars : Sol : Venus : Mercurius : & ipsa postremo Luna . lege Maternum.
ℭ Ambit.circuit.ℭ Auras.cælum.ℭ Sæparat.discludit.ℭ Mortalia. caduca . nam sic appellant nostri.
Reges pur ℭ Ab astris æternis.a cælestibus semper mansuris.ℭ Purpurei.scilicet in uita. Vergil.Illum non popu-
purei li fasces non purpura Regum.ℭ Luxu.ambitioso cultu.ℭ Omnia mors æquat.inde Romanus ille uir
Mors om- erumnis & animi robore clarus:ita apud Prudentium perorat , Hoc perdo solum : quod peribit omni-
nium cōis. bus.Regi Clienti.pauperique & Diuiti.Sic Vernularum:sic Senatorum caro Tabescit:imo quom sepul
chro condita est.Quin apud inferos Diues a paupere nihil interest. Propertius , Lydus Dulichio nil di-
stat Crœsus ab Iro:Consule cum Mario Capte Iugurtha sedes.ℭ Sontes.scelerum conscii. ℭ Improba
commissa.delicta.ℭ Accipe.me largiente . ℭ Parcas.fatorum deas præsides:quæ tua facessent impera-
ta : non secus ac Ancillæ solent . ℭ Sit fatum quodcunque uelis , compone fortunas hominum pro li-
bidine.quo nec dari maius:nec fingi potuit.proinde dicendi finem Pluto fecit. ℭ Exhortatur.calcari-
bus:aut uerbis increpat. ℭ Equos ouantes . parta uictoria lætos . Quid autem propric sit ouare longa
disputatione docet Gellius.ℭ Mitior.aliquantisper pacatus minusq; solito sæuus. Est enim compara-
Compara- tiuum per imminutionem:nam quando mitis est Pluto?Sic illud Maronis. Tristior & lachrymis oculos
tiuū p im- suffusa nitentis:in Venere Seruius exponit.& in Charonte Iam senior:sed cruda deo uiridisq; senectus:
minutionē autoritate Varronis & Plinii.quanuis a Valla per calumnias arguatur.ℭ Intrat Tartara.subit inferos.
Tartarus. Tartarus aer est sub utroque cardine crassus : ac perpetuo brumæ rigore damnatus : & nocte . quam
& quæ ide. densæ nubes efficiunt:ut scribit Crates:uel ut Homerus accipit locus in quo Saturnus eiusq; Comites

ſub terra coherceretur.inde Tartareus penultima frequentius breui:ſed etiam longa exemplo Eurypidis qui per diphthongon enunciauit.quod ſi Tænara leges(ut nonnulli codices habent)orcum ſimpliciter intellige.ut quom dicimus Auernum & ipſius Ditis ſedem ſignificamus. Nam Tænarum Laconiæ promontorium eſt.aduerſum Aphricæ & in eo ſpiraculum quod ſcribit Solinus.quippe Tænarus Iouis filius Gereſti frater aſſumpto altero Germano nomine Calabro : Laconiam præteruectus eſt & occupato loco Templum Neptunno erexit & a ſe Tænarum nuncupauit.ut inquit Stephanus.Fuit & alter Tænarus Icario patre natus a quo ciuitas portus & Laconiæ promontorium nomen accepiſſe dicitur. Superius tamen ex aliis autoribus diuerſa rettulimus.

Tænara. Tænarus. Calaber.

Conueniunt aiæ.quantas truculentior hauſter
Decutit arboribus frõdes:aut nubib⁹ hymbres
Colligit:aut frãgit fluctus:aut torquet harenas
Cunctaq; præcipiti ſtipantur Tartara curſu
Inſignem uiſura nurum.mox ipſe ſerenus
Ingreditur:facili paſſus molleſcere riſu:
Diſſimiliſq; ſui.Dominis intrantibus ingens
Aſſurgit Phlegethon:flagrantibus hiſpida riuis
Barba madet:totoq; fluunt incendia uultu.
Occurrunt propere lecta de plæbe miniſtri.
Pars altos reuocant currus:frænisq; ſolutis
Vertunt emeritos ad paſcua nota Iugales.
Pars aulæa tenent,alii prætexere ramis
Limina:& in thalamis cultas extollere ueſtes.
Reginam caſto cinxerunt agmine matres
Elyſiæ:teneri oſq; leuant ſermone dolores:
Et ſparſos religant crines:& uultibus addunt
Flamea ſollicitum præuelatura pudorem.

¶ Conueniũt.undique officii gratia coeunt. ¶ Quantas frondes.quot folia.comparatio Maronis. ¶ Quantas.i.quot ſupra Claud.Quantaſque per horas Sollicito genitrix errauerit anxia curſu. ¶ Hauſter. a meridie ſpirans uentus:ut ſcribit Vitruuius: ab hauriẽdis aquis:ut græce Notus ab humore dictus. ¶ Truculentior.uiolẽtus. ¶ Decutit.quatiendo deiicit. Colligit hymbres. inducit pluuias. ¶ Stipantur. complentur a nauiũ Saburra: uel onere ſumpta trãſlatio. ¶ Præcipiti curſu.feſtinanti uulgo. ¶ Serenus. ſoluta frõte. ¶ Molleſcere.mitigari. ¶ Diſſimiliſque ſui.diuerſus ab eo de quo dixit. Duræ riget inclementia formæ. ¶ Dominis. Diti ac Proſerpinæ. ſic etiam Curtius de matre & uxore Darii Dominis ait. ſed hic etiã muliebre genus uirili ſignificate conceſſit. ¶ Aſſurgit. aduenientibus aſſurgere honoris eſt. Verg. Vtq; uiro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis. ¶ Phlegeton.inferni fluuius.de quo ſatis multa. ¶ Barba hiſpida.hirſutum mentum. Prudẽtius ſacrũ Romano.Hirſuta barbis ſoluitur Carptim cutis. ¶ Riuis ardentibus.igneo fluẽto. ¶ Miniſtri.famuli. ¶ Lecta de plæbe.hypallage.ideſt lecti de multitudine miniſtrorum. Statius de Miliitis Domitiani.Inſignis facie:decora cultu:ſtat plæbs altera nõ minor ſedente. ¶ Pars.eorum. ¶ Reuocant.loco reſtituunt. ¶ Altos currus.Emphaſis.nam per hoc equorum proceritas intelligitur. ut in illo Maronis.Stabant tercentum nitidi in præſepibus altis. ¶ Solutis frænis.detractis habenis. ¶ Vertunt. agunt. ¶ Iugales equos qui iuncti currum trahunt. ¶ Emeritos.officio perfunctos.Sic etiã Verg.Emeritos boues in georgicis appellauit.nam milites emeriti dicunt qui cõpletis ſtipendiis militiæ ſacramẽto ſoluti ſunt. Quintil.Emeritis hinc bello ſtipendiis. ¶ Pars.famulorum. ¶ Aulæa.uela & ornamẽta quibus parietes & aulæ teguntur:dicta quod in aula Atali Regis Aſiæ primũ inuenta ſunt : quom is populũ Romanũ ſcripſiſſet hæredem.autor Seruius. ¶ Limina.ianuam. ¶ Ramis. antiquo Romanorũ more diebus feſtis:aut publica priuataue lætitia arborum rami pro foribus affigebantur:& imprimis e lauro:Iuuenalis.Ornentur poſtes & grandi ianua lauro.meminit huius cõſuetudinis Septimus etiam Tertullianus:& Apuleius i hiſtoria Mileſiaca. ¶ In thalamis.in lecto iugali. qui Genio medius in Aedibus ſternebatur.uel ornando cubiculo.quod magis placet. ¶ Veſtes.ex interpretatione Iuriſcõſulti : qua quicquid induitur aut tegitur ueſtis appellatur.Catullus. Hic ueſtis priſcis hominum uariata figuris.i.aulæum. ¶ Reginam.Proſerpinam. Matres Elyſiæ. heroicæ indolis mulieres : quas illic eſſe canit Homerus : & Maro. ¶ Cinxerunt. Circumfuſæ texerunt. Papinius de puellis Adraſti nubentibus. Caſta matres cinxere corona Argolides. ¶ Leuant ſermone.ſolãtur. ¶ Teneros.puellares. & hoc a Papinio. Virginibus circum undiq; fuſæ Fœdera concilîant noua:ſolanturq; timorem. ¶ Et ſparſos religant crines.nam dixerat Cæſariem diffuſa noto. ¶ Addunt.opponũt. ¶ Flamea.Lutei coloris tegmina quibus puellæ nubentes amiciebantur boni ominis cauſa:quod id uelum erat in aſſiduo uſu Flaminiæ.i.Flaminis uxoris cui diuertere per leges a matrimonio non licebat.Hæc ex Plinio accepimus & Pompeio. ¶ Præuelatura.ut tegerent. ¶ Pudorem.uerecundiam qua nuptura uirgo ſuffundebatur.Tibul. ut iuueni primũ uirgo deducta marito Inficitur teneras ore rubente genas. ¶ Sollicitũ.q Proſerpinæ pectus angebat.ab effectu.Nubẽtes.n.puellas,ut iqt Statius. Subit ille ſupmus uirginitatis amor tacitæq; modeſtia culpæ

Quanti p quot
Hauſter unde Notus.
Emeriti q.
Aulæa.
Veſtis.
Nubendi ritus.
Flamea.

¶ Pallida lætatur regio: Orcus ab umbrarũ colore. de quibus Lucretius. Simulachra modis pallẽtia mi-
ris. ¶ Sepultæ. conditæ. ¶ Vmbræ. manes. ¶ Vacant: indulgent & operã dant. ¶ Epulis genialibus. fe-
Genius q | stis dapibus. Genius (ut Aufastius ait) Deoꝝ filius est & pare ns hominũ. ex quo homines gignunť. inde
cuiusq; genius appellať q eum genuit. eundẽ Geniũ esse & larem. C. Flaccus in iis quibus indigitamẽta
cõplexus est: multis argumẽtis probare contendit. Nõnulli binos genios in iis tantũ domibus quæ ma-
ritæ forent colendos esse putauerunt: ut memorat Censorinus. Is. n. deus ad connubiũ gignendoꝝ: libe
rum causa istitutũ: nõ nihil pertinet: ideo
gẽiales hic epulas nuptiales itellige. ¶ Ma
Coronæ in conuiuiis | nes. inferni dii. ¶ Coronati. ueteri more.
qui sertis ornati cõuiuia agitabãt. ut disci-
mus ex Aethenæo. Tibul. Iam dudũ syrio
persusus tẽpora Nardo Debueram sertis
implicuisse comas. Antiquissimũ præterea
coronaꝝ genus ex lana fuit: autore Festo.
Papin. exponitur | inde Papinius i patris Epicedio Fugere me
os pnasia crines uellera. i. lauri serta. ¶ Cã
tus. nam musicos in nuptiis exhibebant.
Ouid. v. metamorpho. In nuptiis Andro-
medes. Tibiaq; & cantus animi felicia læti
Argumenta sonant. ¶ Sedantur gemitus
Erebi. Sontium pœne differuntur: & ita lu
ctus etiã desinunt. ¶ Squallor. aer qui cras
sus & imotus hæret: ut inquit Seneca. aut
certe situs. ¶ Se sponte relaxat. ultro remit

Pallida lætatur regio: gentesq; sepulcæ
Luxuriant: epulisq; uacant genialibus umbræ.
Grata coronati peragunt conuiuia manes.
Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus.
Sedantur gemitus Erebi. se sponte relaxat
Squallor: & æternam patitur rarescere noctem
Vrna nec incertas uersat Minoia sortes.
Verbera nulla sonant: nulloq; frementia luctu
Impia dilatis respirant Tartara pœnis.
Non rota suspensum præceps Ixiona torquet.
Non aqua Tantalicis subducitur inuida labris.
Soluitur Ixion: inuenit Tantalus undas.

Minos. | titur. ¶ Rarescere. tenuari. ¶ Aeternã noctem. perpetuãs tenebras. ¶ Vrna Minoia. Minos ab Hesiodo
regno dignissimus: ab Homero discipulus & Iouis necessarius appellatur. peruicit tamen Tragicorum
consensus: qui eum crudelitatis in gratiã Atheniẽsiũ (ut ait Plutarchus) insimulant. Ex quorũ sententia
Quæsitor. | Verg. Minoem iudicem apud inferos: tanq̃ si prætor sit rerum capitaliũ: Quæsitorẽ uocat: ex interpre-
tatione Pediani. dat illi sortitionem ubi urnã nominat. dat reiectionẽ iudicũ: quom dicit Conciliũ uo-
cat. dat cognitionẽ quom subdit. uitasq; & crimina discit. inde hæc Claud. ¶ Versat. agitat. ¶ Incertas
sortes. hoc ex antiquo iudicioꝝ more. Nam Romani sortito causas audiebãt. ut refert Seruius. ¶ Ver-
bera. Furiarum flagella: quibus umbræ sontium uapulabant. Verg. Continuo sontes ultrix accincta fla
gello Tisiphone quatit isultãs. Toruosq; sinistra Intẽtãs angues uocat agmia sæua soroꝝ. ¶ Impia. ubi
scelesti cruciantur. ¶ Respirant. paruper quiescunt. ab iis sumpta metaphora: q sub onere cursuue sub
Rota | sistunt donec spiritum recipiant. ¶ Rota. quod Cicero tradit in Tusculanis. tormenti genus ẽ. ¶ Præ-
Ixion | ceps. uolubilis. ¶ Torquet. cruciat assiduo circumactu. ¶ Ixiona. Phlegyæ uel Aethonis filium. qui so-
cerum eius Eioneũ per insidias necauit: historiã recitauimus ex Pherecyde. quomq; prouocasset ad stu-
prum Iunonem: dãnatus apud inferos assidua rotæ uertigine rapiť Tibullus. Illic Iunonem tentare Ixio
nis ausi Versant celeri noxia membra rota. ¶ Non subduciť. nõ subtrahitur. ¶ Inuida: quæ Tantali iã
Tantali fabula. | iam poturi sitim deserit. ut ait Tibullus. ¶ Labris Tantalicis. Tãtalus (ut Xanthus Lydius in. iiii. scribit)
Hymenæi filius & Ascali frater: ut alii Smyrnam Phrygiæ: quæ tum Naulochos dicebatur: ut alii Sypi-
lum tenuit. is apud inferos ut canit Homerus: aquis ori allabentibus: perpetua siti laborat. supplicii cau
sam non omnes eandem tradunt. Nam quidam dicunt eum pœnas luere: quod Pelopem filium diis ho
spitibus epulandum apposuerit. Nonnulli referũt Canem templi Iouis in Creta custodem a Pandareo
Milesio surreptum: ad Tantalum peruenisse: quẽ quom repetenti Mercurio negasset hac affectum poe-
na. Ouidius quoniã deoꝝ secreta mortalibus reuelarit. Quærit aquas in aquis: & poma fugacia captat.
Tantalus: hoc illi garula lingua dedit. Eurypides ait in aere suspensum impẽdenti saxo torqueri. Sunt
Auarus in Tantalo | qui subiectũ Sypilo mõti tradant in Lydia. Petronius in Tantalo repræsentari auaros autumat: quibus
opes usui non sunt: & siccis faucibus cõditis pecuniis icubãt. Huius filius Pelops acceptis equis pẽnatis
Pelops amatus a Neptunno | ab amatore Neptũno Pisam delatus est: ut scribit Pindarus. atq; Oenomao curuli certamine superato:
Hippodamiam uictoriæ præmiũ duxit. Ineuntibus. n. certamen procis Hippodamiã concedebat Oeno
maus. ut eodẽ curru sedentem ueherent ac intra currendi spaciũ: a carceribus ad metas secum raperẽt.
Oenomai curule certamen. | Quod Lycophronis & Pindari narrat interpres & Apollonii carmen indicat. Ευδεδυω δίφφοι πε-
πονίατο δηρίων τεσκαί τον μεν προσωρίοι πελοψίευνε τινάσσων ηνίασυνδε οίεσ κε-
πα ράβίατίσ ίππωδαμία. idest Stant gemini currus. pendetque in uerbera Pronus Hinc socer: inde
Oui. locus | Pelops: fugit hic: premit ille: nec ullum Dat spacium. Pelopi comes assidet Hippodamia. inde poetæ cõ-
Propertii uersus enucleatus. | spirant. ut alienis quadrigis Hippodamiam per epitheton uectam dicant. q non suo neq; paterno sed
procoꝝ curru rapiebatur. Ouidius i Heroidibus. Qua duo porrectus lõge freta detinet Isthmos uecta
peregrinis Hippodamia rotis. & Propertius. Nec phrygium falso traxit cãdore maritum Auecta exter-

nis Hippodamia rotis. Ad hoc & Nasonis illud referri debet. O q̃ pene Pelops curru cecidisset eburno: Dum spectat uultus Hippodamia tuos. spectabat Hippodamiam Pelops quam secum uehebat eburneo curru. quem Neptunnus ei largitus est: ut in Tusculanis refert etiam Cicero. Meminit & Papinius ĩ Thebaide: quom ait. Neptunnia tendit lora Pelops. Ex Hippodamia liberos quidem suscepit multos: ex Danyde uero puella Chrysippum furtiuo concubitu: quem Laius Thebanus amauit & rapuit. is postea captus a Thyeste & Atreo benigne a Pelope tractatus est. quod amoris causa puerum absportasset:

Ouidii carmen expositum.
Papinii uersus enucleatus

Et Tityus tandem spaciosos erigit artus:
Squallentisq; nouem detexit iugera campi.
Tantus erat. laterisq; piget sulcator opaci
Inuitus trahitur lasso de pectore uultur:
Abreptasq; dolet: iam non sibi crescere fibras.
Oblitæ scelerum: formidatiq; furoris
Eumenides cratera parant: & uina feroci
Crine bibunt: flexisq; minis iam læne canentes
Extendunt socios ad pocula plena Cerastas:
Ac festas alio succendunt lumine tædas.
Tunc & pestiferi pacatum limen Auerni
Innocuæ transistis aues. flatumq; repressit

ut græc⁹ autor Dolithe⁹ de pelopidis scribens tradit: & grãmaticus Aristophanes. q Tragœdiaȝ Sophoclis argumẽta composuit. Mox eundem Chrysippũ: Thyeste & Atreo nõ audentibus: Nouerca Hippodamia clam noctu extinxit. Laio cui tũ puer accubabat cædis insimulato: ut legimus apud Plutarchum. quo argumẽto Eurypides Tragœdiam quoq; dedit. inde. M. Tullius ait in Tusculanis. Quis aut de Ganymedis raptu dubitat. q̃d poetæ uelint? aut nõ intelligit apud Auripidẽ quid & loquatur & cupiat Laius? Hæc ideo scripsimus: q̃m Cicerõis: Ouidii: Propetii & Papi. quos diximus locos: alii nõ attigerunt. ℂ Et Tityus tandem. Tityus (ut ait Pherecydes) Iouis & Elaræ filius fuit: eius quam genuit Orchomenus. Telluris tamen dictus est. quod eo grauida mater Elara Iunonis metu terram subiens illic puerum peperit. Indicat in Bœotia Strabo specum Elaram a re gesta denominatam. Alii sentiunt ideo Terræ filium dici: quod sæuos & immanes homines cuiusmodi Tityus fuit: fabulæ Terra prognatos fingunt. & Callimachus Atrocissimas quasq; bestias terræ genus appellat. in nouem iugera distentus apud inferos pascit uultures: ut autor est Homerus: q̃m uim Latonæ inferre tentauit: uel ut canit Euphorion: Dianæ uitium intulit. quapropter Apollinis & Dianæ telis extinctum refert Pindarus. ℂ Erigit. attollit. ℂ Artus spaciosos. uastissima mẽbra: ut quæ tantum agri occuparent. ℂ Nouem iugera. nã tot iacẽs premebat. Tibullus. Porrectusq; nouẽ Tityus per iugera terræ. Iugeri mensura ducẽtos & quadraginta pedes habet in longitudine: dimidiũ in latitudine: ex dimensione Quintiliani. Homerus nouẽ plethra dixit: quæ singula centũ pedes habent: ut Mathematicus Hero docet. Sed nři pro iugero tñ accipiũt. ℂ Vultur. Homerus geminos uultures admotos Tityo canit. Ouidius unũ. Iugeribusq; nouem summus qui distat ab imo Visceraq; assiduæ debita præbet aui. ℂ Sulcator. ales q Tityo quasi Carnifex additus erat. & quoȝ lictor artus dissecat Sulcare dicitur. Prudẽtius Milites teterrimi sulcant per artus longa tractim uulnera. Estq; metaphora sumpta ab aratoribus. ℂ Opaci. liuentis. Tibul. Assiduas atro uiscere pascit aues. aut umbrosi: ut ide p Metalepsim magnitudinẽ corporis exprimeret. ℂ Piger. assiduus & qui nusq̃ auolat: sed affixus iecori semper hæret. aut inerti corpore. ℂ Fibras. iecur quod subinde reparatur ut canit ẽt Verg. ℂ Eumenides. furiæ. ℂ Scelerũ. ad quæ mortaliũ mentes deprauant. ℂ Formidati. Timẽdi. ℂ Feroci. anguineo. ℂ Flexis minis. remisso furore. ℂ Læne. aduerbiũ est. ℂ Cærastas. e serpentũ genere quæ quatrigemina præferunt cornicula; quoȝ ostentatiõe: ueluti esca: sollicitas aues perimut. nã reliqua corporis de industria harenis tegunt: nec ullũ indicium sui prebent: nisi ex ea parte qua inuitatis dolo pastibus: necem auiũ aucupant. autor Solinus. Homines præterea Cærastas cornibus isignes oli tẽuisse Cyprũ scribit Androclides: uñ isula quoq; Cærastia dicta est. Xenagoras tñ ita denominatã a situ putat. q ꝓcurrentibus ꝓmontoriis: uelut ĩfestis cornibus assurgat. cum Androclide Naso conuenit in. x. metamorphoseon. ℂ Festas tedas. Nuptiales faces. ℂ Alio nõ rogali. ℂ Tunc. Per id tẽpus quo celebratæ sunt nuptiæ. ℂ Limen. spiraculũ: fauces ac ostiũ. ℂ Auerni. Cãpaniæ lacus. de quo añ est dictũ. ℂ Pæstiferi. Nã superuolãtes alites necat. ut Lucretii sñia recitauimus. ℂ Pacatũ. nõ infestum. ℂ Transistis innocuæ. Superuolastis absq; noxa: & damno. ℂ Aues. apostrophe. ℂ Amfractus. Ita quidem legitur in omnibus fere codicibus: nos Amsanctus emẽdauimus ex Vibio sequestri: qui Lacũ ĩ Hirpinis Amsanctũ reddit: ad manes (ut hominũ fert opinio) peruiũ. de quo longum Vergilii carmẽ extat. Est locus Italiæ ĩ medio sub mõtibus altis Nobilis: & fama multis memorat ĩ oris Amsancti ualles. & paulopost. Hic specus horrendũ: & sæui spiracula Ditis Monstratur: ruptoq; ingens Acherõte uorago Pæstiferas aperit fauces. Addit & nominis rationẽ Seruius. Amsanctum dici: quasi undiq; sanctum. Locum nos quãdoq; spectauimus: cum Daunos & Salentinos: quibus tum ius dicebamus Neapoli peteremus. Indigenæ Mephytim uocant a Fregento nõ procul. Nec abest a uero Donatus qui statuit ad Calorẽ. Nam qui Samnitas intersecat Calor amnis: illac preterfluit: ut uero Canusio ꝓximũ

Chrysippus puer Laii amores.
Ciceronis uerba ex historia declarata
Tityus. Elara.
Terræ filii qui.
Diana a Tityo uiolata.
Iugerum Plethrũ.
Cerastæ
Cærastæ homines
Cærastia cypros.
Amsãctus.
Defensus a calũnia Donatus.

diceret:urbis illius nobilitas effecit: quom cætera proxima regione oppida obscura sint: nec eius generis:unde locoꝝ notitia peti debeat. ℂ Fixo torrente. Verg. Medioq; fragosus Dat sonitũ saxis: & torto uertice torrens. ℂ Acherontæos fontes. In Thesprotide palus est Acherusia:& amnis Acheron: ibi Cocytus quoq; labitur aqua insuauissima. Pausanias arbitraẽ Homerũ:quom hæc loca uidisset: cõmentũ inferorũ aggressum:& in poema suũ transtulisse. ℂ Lyæo.mero: quod liberi munus est: qui Lyæus appellatur qm soluit animi curas:id qđ Uticensis Cato in se quãdoq; periclitatus est: ut ait Plutarchus.&

Acherusia palus, Acheron amnis. Inferorum cométa uñ. Lyæus uñ. Cato curas uino solue bat. Liber quaẽ

Amsanctus:tacuit fixo torrente uorago.
Tunc Acherontæos mutato gurgite fontes
Lacte nouo tumuisse ferunt.hederisq; uirentem
Coccyton:dulci perhibent stagnasse lyæo.
Stamina non rumpit Lachesis.ne turbida sacris
Obstrepitent laméta choris. Mors nulla uagaẽ
In terris:nulliq; rogum planxere parentes.
Nauita non moritur fluctu non cuspide miles.
Oppida funerei pollent immunia læti.
Impexosq; senex uelauit harundine crines
Portitor:& uacuos egit cum carmine remos
Iam suus inferno processerat Hesperus orbis
Ducitur in Thalamũ Virgo.stat ꝓnuba iuxta

Tibul.tentauit. Adde merum uinoq; nouos compesce dolores:Occupet ut fessi lumina uicta sopor. inde liberum quoq; dictum plærisq; placet:sed Alexander ait ita uocatum ꝙ pro comuni Bœotiæ libertate pugnauit. ℂ Lachesis.parca. ℂ Non rupit stamina.de colo fatali superi⁹ exposuimus.Sed Atropos filium truncat non Lachesis:ut iactato etiam incondito illo carmine notum est.Sed Lachesin Claud.absolute pro quacunq; parca posuit: aut sororem pro sorore: ut Maro Pollucẽ pro Castore:Properti⁹ Androgeum pro Glauco. Et deus extinctum crœsiis Epidaurius herbis restituit patriis: Androgeona focis. ℂ Nec. mea quidem sententia: scribe ne. reddit.n.causam cur a suo munere Mors & parca cessaret: ne.s.morẽtium gemitus festa turbarent. ℂ Mors. Necis dea:noctis ut Hesiodus ait filia:quoniam fatalem sibi diem nemo nouit. ex hoc & atra diciẽ a Tibullo. Abstineas Mors atra precor non hic mihi mater. ℂ Rogum.mortem liberoꝝ.Nam uetustas cadauera comburebat.ut in legibus scribit Cicero.Romæ Corneliorum primus Sylla cremari uoluit:ut autor est Plinius. apud græcos bustũ primus istituit Hercules antea ignotum.Sed hoc in Tibullum copiosius. ℂ Fluctu: Maris aduersa tẽpestate. ℂ Miles.Bellator & qui castra sequiẽ:appellatus a sensu contrario: ꝙ minime mollis sit:ut sensit Elius.uel a numero.Ná legio trium milium primo fuit:& a singulis tribubus Tatiẽsium:Rhamniũ:Lucerũq;milia militũ mittebantur. Eutropius ait quõ Romulus initio mille delectos ex populo armasset:a numero milites dici placuisse. ℂ Cuspide.telo aut hasta a parte totũ.Oppida.ciuitates. ℂ Pollent.florẽt.Immunia.Munus onus qñq; significat.id quõ remittitur imunitas præstari dicitur.ut iuris iterpres Paulus ait. ℂ Læti funerei.mortis:& exequiaꝝ. ℂ Senex. Charõ magister Cymbæ: q mortuos p Acherusiã paludẽ traiicere putabatur ut i secũdo Bibliothecæ scribit Diodorus ex repræsentatione Aegyptiorũ. ℂ Portitor.Portitores appellantur.ut scribit Nonius qui portum obsident atq; excutiunt oĩa:ut uectigal accipiãt.qua ratione Charõ portitor dici põt:quippe q ab umbris illuc appulsis obolũ quasi portorium exigat:ut narrat Apuleius in historia Melisiaca:meminit & Propertius. Vota mouent superos:ubi portitor æra recepit. Obserat umbrosos lurida porta rogos. Quin & uectorẽ cũ Seruio hic itelligere nihil prohibet.Ná quẽ græci πορθμέα nos etiam portitorẽ recte dicimus.& si nescio qui male scioli refragantẽ.Martial.de ariete quo traiecta ẽ Helle. Quid meruit Nemees terror: qd portitor Helles.ubi nihil dici põt quin uectorẽ significet. ℂ Impexos crines. Verg.de Charonte. cui plurima mento canicies inculta iacet. ℂ Remos uacuos.inanẽ cymbam:nec umbris:ut prius:onustã. ℂ Cãtat.nautico more de quo noster Naso.Cantat & innitẽs limosæ pronus harenæ Aduerso tardã qui trahit amne ratẽ. ℂ Suus Hesperus.Ná sua sidera manes habẽt ut diximus. Hesperus Atlãtis filius.quom i uertice mõtis a patre dicti siderũ cursus obseruaret:extinctus ẽ: & a suis ob isignẽ pietatẽ relatus i cælũ sideri nomẽ dedit.autor Diodorus. ℂ Processerat.apparebat. Obseruatũ est a maioribus:ut uespertino eius ortu Noua nupta eũdẽ torũ cũ uiro iniret.qđ testatur ẽt Catullus iductis puellis & adulescentib⁹: hoc argumẽto certare.notũ carmẽ. ℂ Nox.dea parẽs(ut Orpheus iqt)oĩum q Cypris:hoc ẽ Venus:eadẽ memoratur.ide ueteris comœdiæ poeta Aristophanes.Amorẽ nocte genitũ dicit. uisebatur & Athenis quadrãgulari figura Venus:quali sunt Hermæ addito epigramate qđ legimus apud Pausaniã. Venerẽ cælestẽ maximã ẽe parcarũ:Hoc adiecimus ut(qđ uetustas idicare uoluit)itelligeres. Nihil æque ad secundã fortunã cõferre:quã beniuolẽtiã:a cælesti cã ꝓfectã.i.ad quã sidus ipellat. An aliũde factũ putasẽ ut Vitus ille Pisanellus homo leuissimus:& qualẽ pudet fateri. Lupiusq; Leonatus pratus ex ipurissimo sacerdote pyrata sæuissimus:qui nouo exẽplo sũmũ scelus:cũ sũma stulticia cõiunxit:ex amicicia regia (si iure queat Rex ille uocari Qui pietate caret:propriã qui nõ regit irã: ut Sedulius noster ait)ad sũmas opes peruenerint:ide nempe sunt ii:& quicũq; criminibus debent honores:ad quos indignissime prouecti tacito bonoꝝ oĩum consensu iudicatur. ℂ Pronuba.quæ celebrãdis nuptus præerat ex parte uxoris:

Mors cur noctis filia. Bustũ primum. Miles uñ. Munus. Immune. Portitor q. Defensus a calũnia. Seruius. Hesperus. Nox eadẽ cũ Venere. Venus par carũ maxima. Fortunæ exẽplum. Pronuba.

ut Aspex ex pte uiri. inde Iuno pnuba: quæ Matrimonia curat. de Auspice Iuuenalis. Veniet cum signatoribus auspex. ℭ Tagẽs. pcantiũ more. q tenebãt aras: ut discimus ex Macrobio. ℭ Sãcit. ratis optat uotis. ℭ Omina gẽitalia. numerosã felicẽq3 sobolẽ. ℭ Perpetuo fœ lere. ĩdissolubili cõnubio. ℭ Pii. cultores Elyiii. ℭ Exultãt. plaudũt: & motu corporis gestiũt. ℭ Cũ uoce. cũ cantu: uel eodẽ lĩguæ fauore Plutoni bñ pcãtes. ℭ Exordia. uerba. ℭ Peruigili. nã totã noctẽ p cãtũ uinũq3 duxerũt. ℭ Nostra parẽs Iuno Applausus & piorũ cõgratulatio: uice carminis fescenini. Iuno uero Proserpina quoq3 dr: ut initio docuimus. ℭ Germane. frater eiusdem q3 stirpis & germinis: ut Festo placet. alr̃ Seruiꝰ ex Varrone. ℭ Gener. Nã Proserpinã Iouis & Cereris filiã duxerat. ℭ Cõsortia ducite sõni. Nocturnos cõplexus ĩtelligit. nã cõsortes cuiuscũq3 rei participes appellamꝰ. Cõsortẽ patriæ: cõsortẽ lyræ: cõsortẽ tori dicit Oui. & pro simili Propertius usurpauit. Tu qui consortẽ properas euadere casum .i. qualẽ subiit Gallus. ℭ Vnanimis. Concordis. & recte. nã possunt ẽt qui simul accubãt nõ cõuenire. Sed nemo lites uxorias sedare speret: quas lectus nõ dirimit: ut ad Polianũ scribẽs ait Plutar. ℭ Mutuaq3 alternis. inn. col. lacer. non dissimilis Galieni Cæsaris ad nepotes extat Hortatio. Non murmura uestra Colũbæ Brachia nõ hederæ: nõ uincãt oscula Conchæ. ℭ Rebus. mundo. ℭ Nepotes. ominatur eis prolem. Orpheus in hymnis canit. Eumenidas Proserpinæ filias ex Dite susceptas: quãs possumus hic intelligere. nam ut nepotes potiusq̃ neptes dicerent: optandi ratio poscebat. quoniam deterioris sexus liberos nemo non deprecatur. Auspex Consors. Eumenides.

Stellantes Nox picta sinus: tangensq3 cubile
Omina perpetuo genitalia fœdere sancit.
Exultant cum uoce pii: Ditisq3 sub Aula
Talia peruigili ducunt exordia plausu.
Nostra parens Iuno: tuq3 o germane Tonãtis
Et gener unanimis consortia ducite somni:
Mutuaq3 alternis innectite colla lacertis.
Iam felix oritur proles: Iam læta futuros
Expectat natura deos: noua numina rebus
Addite: & optatos Cereri proferte Nepotes.

ℭ In. iii. Claud. De. Rap. Proser. Argumentum.

ℭ Iuppiter ut superum iam consedisse Senatum
Conspicit accitu Thaumantidos: orsus ab alto
Exponit solio: cur uitæ larga prioris
Commoda substulerit: regnataq3 secula patri.
Scilicet ut curis acuat mortalia corda.
Nunc (ne se toties questu Natura fatiget)
Chaonio statuisse homines auertere uictu.
Atq3 ideo Cererem longo discurrere luctu
Decretum: donec natæ lætata repertæ
Indicio: tribuat fruges. pœnasq3 minatur
Si quisquam Cereri raptorem prodere diuum
Audeat. illa diu phrygiis bacchata sub antris:
Nocturno tandem monitu sua tecta reuisit:
Agnoscitque domus cladem. petit ilicet amens
Aethera: quomque nihil miseram lamenta iuuarent:
Cælicolum patuere doli. tum faucibus Aetnæ
Succensas quatiens pinus erroribus aptas
Noctiuagis: oras siculas accincta peragrat.
ℭ Theophilus Chalcodyles Atheniensis Demetrii. F. apposuit.

ℭ Omnia quæ sensu uoluunt̃ uota diurno &c. Hos Elegos alienissimo loco ĩseruit ĩperitia librariorũ: q dũ putãt Supiorũ exẽplo: tertiũ quoq3 librũ carere præfatione nõ oportere: qualẽcũq3 adiecerũt. In antiquis uero exẽplaribus Panegyrico Sexti cõsulatus Honorii præludit: & illic maxĩe cõuenire: tũc indicabimus: quõ nostras lucubrationes in cætera Claudiani Poemata emittemus. Nam qui bello Gigantæo: quod idẽ poeta cecinit: adscribendã statuunt: parum mihi uident̃ eius carminis argumentũ colligere.

ℭ Libri Tertii Periocha.

ℭ Rapta iã Proserpina Iuppiter Deorũ conciliũ cogit. edicitq3: nequis Cereri raptorẽ prodat. ad hoc ut eo tãdẽ cõperto gauisa dea Triptolemũ mittat: qui fruges antea mortalibus ignotas ostẽdat: & annonã p orbẽ terrarũ disseminet. Sed ea p qẽtẽ de raptu filiæ monita: Phrygiã reliquit: reuersæq3 ĩ Siciliã sõnti fides successit. quõq3 acceptã cladẽ ab Electra Proserpiæ nutrice didicisset: cursũ rapit in cælũ. ubi quõ neq3 cõuiciis neq3 pcibꝰ aut q̃relis qcq̃ pficeret: faces ab Aetnæ caminis accẽdit: atq3 ita auspicat̃ errorẽ;

.A.IANI PARRHASII IN CL.CLAVDIA.DE RAPTV PROSERPINAE COMMENTARIVS TERTIVS.

ℭCL.CLAVDIANI:DE RAPTV PROSERPINAE LIBER TERTIVS.


Vppiter interea cinctam thaumantida
Nymbis.
Ire iubet: totoq; deos accersere mūdo.
Illa colorato Zephyros transgressa uolatu
Numia cōclamat pelagi:Nymphasq; morantes
Increpat:& fluuios humentibus euocat antris.
Ancipites trepidiq; ruunt.quæ causa quietos
Excierit? tanto quæ res agitanda tumultu?
Vt patuit stellatā domus:considere iussi.
Non confusus honos.cælestibus ordine sedes
Prima datur.tractum proceres tenuere secūdū
Aequorei.placidus Nereus:& lucida Phorci
Canicies.Glaucum series extrema biformem

ℭInterea.dū hæc agunt.atq; Ita superioribus librū cōnectit.ut Aeneid.y.Verg.Interea mediū Aenæas
Thaumantis. iam classe tenebat.ℭIre iubet.mittit.ℭThaumātida.Irim quæ Thaumātis & electræ filia fuit: Harpyarum soror.ut canit Hesio.Cic.tm̄ & Macrob.nominis cām reddūt admirationē:q̄ [illegible] graece dr:& arquū spectātiū subit aīos.Est aūt nō Iunōis
Iris deo℞ omnium ministra. tm̄ dearūq; ministra: sed īdifferēter oīum numinū:qđ ex interp̄tatione Seruii docet etiā Maro.Aeriā cælo cum Iupp̄ irim Demittit.ℭNymbis.nubibus:ī qbus arquus cā est: ut Senecæ testimonio recitauimus. ℭAccersere.euocare.ℭToto mundo.Nā dii regionatim sedes habēt:ut Capella scribit.ℭColorato.picto.ℭNumina pelagi. Maris deos.ℭIncrepat.arguit delidiæ. ℭNymphas morātes.Naiades & Nerei filias cōtabūdas.qđ ingeniose poeta fingit. Arquus.n.collectis terrēis humoribus inducit pluuias.Tibul.Quāuis p̄texēs nigra ferrugie cælū uēturā admittat hymbrifer arqu⁹ aquā.ℭFluuios.amnū genios.ℭAntris.nā spec⁹.inhabitāt.supra Claud.Letat ī antro Amnis.i.Hermus de quo loquit.& nos illic diximus.ℭAncipites.suspēsi.dubiiq;.ℭTrepidi.pauidi atq; festini.ℭRuunt.allusit ad incitatos amnium cursus. ℭQuos.scribe q̄ cā.nā reddit rōnem cur illi ābigerēt.ℭExcierit.euocarit.ℭQuietos.pacatis reb⁹:quō deos oīs ī cōciliū cogere:nō nisi ī summa trepidatiōe moris esset.ℭQuæ res agi. Quid ī deorū Senatu tractādū.ℭTāto tumultu.tāta p̄turbatiōe.ℭVt patuit stel.do.postq̄ cæli copia facta ē.ℭNō cōfusus ho.nō p̄miscue:sed pro sua qsq; dignitate cōsœdit.& cōsuetudinē Romāi.Sena
Dii selecti tus expressit.ℭPrima sedes.primus ordo.ℭDatur cælestibus.Diis superis.& iis īprimis quos selectos appellāt:quo℞ noīa.Qu.Ennius uno disticho cōplexus est.Iuno: Vesta:Minerua:Ceres:Diana:Venus: Mars:Mercurius.Iouis:Neptūnus: Vulcanus: Apollo.Sed hic abfuisse: Cererē nō est admonēdū: quom
Proceres unde Nereus. ex ipsius poetæ uerbis aperte pateat.ℭProceres æquorei:Principes maris dii:Nā proceres eminentes in ædificiis mutili dicūt & trabiū capita:quo℞ similitudine prīcipes ciuitatis proceres uocari cœperūt:ut scribit Varro.ℭTenuerūt secūdū tractū.proximi cælestibus cōsederūt.ℭNereus.iter Pōti liberos natu grandior:ex Oceani filia Doride Nymphas genuit:quas a p̄re Nereidas appellamus.autor Hesiodus nomē a græco uerbo νηχω qđ ē utino:nā:ut oīa maris numia:demersas aquis sedes hēt ī maris fūdo, uates ēt fuit:inq; uarias formas:ut Proteus:uertebat: quē Themidis natarū monitu īpeditū uīculis ad
Phorcus qui. Grææ. resp̄ōsa coegit Hercules.historiā tradit Pherecydes de nuptiis Iunōis.x.ℭLucida Phorci cāicies.Phorcus Ponti filius Thaumātis & Nerei frater:Grææs a partu statim canas:ut p̄dit Hesiodus:ex Ceto sorore suscepit:quas intelligit Claud.alioq coma℞ canicies Nereo magis cōgrueret:q natu grādior fuit: ut diximus:& ab Hesiodo Lōgæuus ac senior appellat.Sed ne fabulosa diutius cōsectemur.Phorcus extremi maris ambitū rep̄sentat:& inde Ponti ac Terræ filius dr.is Cetonis cōpræssu græas: hoc est spumas breuibus īcidēs creat.qđ qua Mari terra cōmittit:īprimis euenit.duas tm̄ Grææs tradit Hesiodus.Pem
Higyni locus phredo:& Enyo:Tertiā noīat Pherecydes Iano.castigādus & obiter est deprauatus apud Hyginū locus ubi Igrææs una superāte lra legit.Varro Sardiniæ Regē fuisse Phorcū refert: & ab Atlāte cū magna co
Glaucus maris numen & cur. piarū parte nauali p̄lio delatū:tm̄ sui desideriū populis reliqsse:ut īter maris deos relatus sit.ℭGlaucū. Glaucus Polybi filius Antedoni⁹ ex Eubœa piscator ī balenā cōuersus est.tractata herba cuius attactu pisces quos captos extraxerat rediuiuos in æquor resilire conspexerat.notissima fabula cuius ēt mēinit Strabo.Palephatus ad historiā referēs:ait eundē summū fuisse urinatorē: q quō aqs se cōderet perq; lōga
Anthedon maris spacia ad īsulā quādā cultorib⁹ uacuā:secreto natatu penetraret:īde postriduo rediēs:apđ maris
Proteus. deos se fuisse p̄fitebat.qđ rudi tū seculo facile p̄suasit.Itaq; sibi diuinitatis opinionē cōparauit.ℭSeries
Pallene extrema.Suprem⁹ ordo:& ad ipsius Glauci p̄riā allusit:qppe Anthedon:ut post Homerū canit Papini⁹:
Torone. in Eubœæ tractu ultima est.ℭProtea.Proteus Neptūni filius ex Phœnice susceptus:ut scribit Stepha
Tmolus nus:Pallenem Macedoniæ qūq; tenuit.Sed quō Tmolus atq; Telegonus quos ex Torones puellæ ma
Telegon⁹. trimonio susceperat:hospites lucta superatos extinguerent:liberorū īpietate offensus a p̄re īpetrauit.ut

ductis p maris uada cuniculis:i Aegyptū sisteref.ubi Tmoli ac Telegōi nece audita ꝭ gauisus nō ē ut pr: nec itē doluit:ut q iure cæsos itelligebat:hæc apud Lycophronē legim⁹ i Alexādra. ℭ Māsuꝫ certo uul tu.formā pn̄tibus diis nō mutatuꝫ. Nā uarias spēs iduebar Proteus ut referr Euphoriō. historiæ uerita tē pdit Diodor⁹. Idē Periclyméo Nelei filio Neptūnus auus cōcessit:ut discim⁹ ex Hesiodo: & Erisich thōis filiæ Mestræ:cui uitiū De⁹ obtulerat:ut Palephat⁹ icredibiliū prio tradit. ℭ Nec nō. pterea. ℭ Cō cessa gloria.facta potestas.q sūmus honor fuit:i cōspectu Iouis. ℭ Senib⁹. igiꝭ ætati nō gn̄i datū ē, atq

Periclymenus in uarias formas
Mestra

Accipit:& certo mansurum Protea uultu.
Nec non & senibus fluuiis concessa sedendi
Glotia.plæbeio stat cætera more iuuentus:
Mille amnes. liquidis incūbunt patribus hudæ
Naiades:& placidi mirantur numina Fauni.
Tum grauis ex alto genitor sic orsus olympo.
Adduxere meas iterum mortalia curas
Iam pridem neglecta mihi.Saturnia postq̄
Ocia:& ignaui senium cognouimus æui
Sopitosq diu populos torpore paterno:
Sollicitæ placuit stimulis impellere uitæ:
Incultis ne sponte seges grandesceret aruis:
Vndaret neu sylua fauis:neu uina tumerent

Alcedonia nia sunt circa forũ.Easdem Iunonis nuncias esse canit Pindarus.in hoc genere mares Cirillos appellari
scribit Antigonus.Alexãder uero Mẽdesius ait Alcyonem Mænali:ex Canobe filiã in Maris Nymphas
relatam.¶ Fracta iugi campage.Non miranda in gigante Hyperbole.quod genus hominũ incredibili
corporis statura præditos.atq; robore fuisse prædicãt:adeo ut ingentes in Cælum molares torquerent:
Montes & qui partim i terras partim i mare deciderunt:unde montes & insulæ sunt:ut scribit Duris.¶ Vesæuus.
Insulæ uñ. Prope Neapolim mons in Campania:qui mutato priore nomine Summa dicitur.is aliquando cõflagra
Vesæuus uit:ut Cæcilius in epistolis refert Suetonius & Eusebius.Imperante Tito tantũ ex se incendii emisit: ut
mons. uicinas regiones & cum hominibus urbes exureret.ut domesticus testis Papinius noster est. Non adeo
Vesuuinus apex:& flammea duri mõtis hyems trepidas exhausit ciuibus urbes. Sed hoc minus inuidio
sum:quam q; Plinium rapuit.¶ Per stagna Tyrrhena.per uada maris inferi: quod alluit oram Campa-
niæ.¶ Pedes.Hoc etiam fabulosa tradit historia:quod uanum Lucretius existimat.¶ Enceladũ.Clau.
Aetnæ supponit Aemulatiõe Maronis.alii Tiphoeum.¶ Quassatis.subuersis & patefactis.¶ Faucib⁹.
ore:quem Craterem uocãt.¶ Briareia turba.allusit ad multiplices gigantis artus. de quo Vergil. Ae-
Aegæon. neid.X.Aegæon qualis centum cui brachia dicunt: Centenasque manus: quinquaginta oribus ignem
Maronis Pectoribusque arsisse: Iouis quom fulmina contra Tot paribus streperet Clypeis: tot stringeret enses.
locus. Idem Gige Cottoque sociis:ut canit Hesiodus:Orci uestibulo custos additus est:ne uincula Titanes fru
stentur.quod Aeneid.sexto designat Maro:quamuis alii non ubseruarint.¶ Appetiit.inuasit. ¶ Mille
Mille. ministræ.innumeræ.Nam Mille:centum:& Sexcenta sæpe pro infinito numero accipiuntur.& ita Buc
Centum. colicum Maronis carmen intelligendum est. Mille meæ siculis errant in montibus agnæ. ¶ Cyane.
Sexcenta. Nympha.de qua supra Claudia.& nos alibi satis multa.Abegit? fugauit? ¶ Volucres Sirenas.inter om-
Sirenes ala nes constat:auium pedibus Sirenes & plumis fuisse.Quomque musas ad certamen canendi prouocas-
tæ & cur. sent:uictæ pennis exutæ dicuntur.inde Cretæ oppido nomen Aptera datum. ubi res gesta traditur: ut
Stephanus & interpres Lycophronis scribunt. illud ambigitur. Aparti ne. sortitæ sint alas. ut accipe-
re Claudianus uidetur:an:ut sentit Ouidius:iam rapta Proserpina:ut eam per totum terrarum orbem
non inuentam:alis abreptæ in aquis etiam perquirerent.¶ Hæccine uestra fides? Cõmotæ mẽtis obiur
gatio.hanc ne sedulitatem custodiendis alumnis adhibetis? ¶ Sic fas ita ne decet? ¶ Aliena pignora. li-
beros quos educandos suscipitis.¶ Nutrix.Electra.¶ Contremuit. ad hæc uerba Cereris. ¶ Mœrorq;
timori cessit.Nam metu pœnæ quã Ceres minabatur a lugenda Proserpina desiit: & sibi timere cœpit.

¶ Emptũ morte uelit. optaret uitam cum morte cõmutare. ¶ Nõ ferre aspectus parentis, modo turbato uultu Cererem: non aspiceret. ¶ Immota. stupore metuq; defixa. ¶ Moratur longum. diu contatur. ¶ Expromere. Prodere. ¶ Autorem dubium. Nam compertum nõ habebat quis nam Proserpinam rapuisset. Autor nõ est qui tantum facit, sed princeps & qui primus iubet ut aliquid fiat. multaq; fieri pos sunt ab aliquo: alio tamẽ autore qui nihil agat. inde illud apud Liuiũ frequẽter. ut Patres fiant autores .i. ut perinde accipiãt: ac si ipsi iussissent. in hoc significatu Ver. Georgicoꝝ libro. iii. posuit. Assarici proles: demissæq; a Ioue gentis Nomina: Trosq; parens: & Troiæ Cynthius autor. Ilus. n. quõ pecus in Mysia custodiret: ex certamine quodã uictor: pueros ac puellas nescio quot: in præmiũ tulit quos Apollinis oraculo monitus in coloniã deduxit: ubi præuiam bouem procubuisse animaduertit. angustasque pro suis tunc opibus sedes in summo colle positas Ilium nominauit. qđ bellica uirtute: & opibus amplissimum postea fuit. Historiam percurrit Lycophronis eiusq; narrat interpres: ex Lessi Lampsaci filii monumẽtis. de cuius nomine cũ iis nõ contendã: qui Blæsum quã Lessun dici maluerunt: q; eo noĩe Coloniæ Dux in Lampsacum deductæ fuerit: ut in claris mulieribus a Plutarcho tradit: Phõui illius frater: qui post hominum memoriam primus Leucadiũ Saltum tentauit: ut Charon Lampsacenus in Historias rettulit. Illud autem te nolim fugiat: in omnibus Lycophronis exemplaribus eadem non legi: librariorum negligentia: qui dum compendia sectantur: Historias: siquæ paulo altius repetũtur: aut mutilant: aut omittunt. Quod autẽ res: ut nos scripsimus sese habeat: Nouit uir utraq; lingua doctissimus & a secretis pontificis Io. Laurentius uenetus: penes quem mediæ uetustatis codex Lycophronis noster est: unde superiora mutuati sumus. Nouit & Patauinus Augustus: qui litteras in urbe græcas magna cũ laude profitetur. Forouiliensis item Hieronymus: uir omnibus bonis artibus: & ĩprimis philosophiæ studiis eminentissimus. qui (ut ingenuus est) quom nobis indicãtibus illa eadem legisset: omissa Seruii sententia facile nobis accessit. Nam cui placere docto potest: Apollinẽ dici autorẽ troiæ: q; eius muros: ut fabulæ canunt: extruxerit. Hac profecto ratione: munitor Troiæ: nõ autor dici debuit: ut est apud Ouidium. Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit. Quod si autor inde dicatur: esset hoc illi nomẽ cum Neptũno & Æaco cõe: quos operis habuit socios: ut Pindari scribit interpres. Neutrum tñ eorum autorem Troiæ apud quempiam dici legimus. Equidem ad Apollinis respõsum refero: cuius fidẽ secutus Ilus Ilium condidit: ut dictum est. Nam Cynthium Troiæ regem: si modo is unquã lectus est: apud Neronem: Apollinem uocatũ suspicor Homeri imitatione cuius Carmen ẽt qui græce nesciunt: nõ ignorãt. Smyntheu præclaræ tenedi Dominator Apollo: ut Troiæ regem Cynthium Nero dixerit: q; illic impẽdio coleretur. Ac ut Troiæ Regem fuisse condonẽ: Cõditorẽ certe Troiæ: nulla uel ẽt ficta fabula persuadebit. ¶ Certum funus. cladem: uel exitium. nam extinctã putabat. Scibat (inquit) Electra raptã Proserpinam raptoris tamẽ nomẽ haud norat. ¶ Vtinam. Dii facerent. ¶ Acies. exercitus. ¶ Vesana. Temeraria: quæ deos lacesseret. ¶ Leuius comunia tangunt. ratio propositionis. quia solatium caperemus: ex moerore sortiæ calamitatis. Eadem Penelopes apud Ouidium sententia. Vtilius starent etiam num moenia phoebi Irascor uotis (heu) leuis ipsa meis. Scirem ubi pugnares: & tantum bella timerem. Et mea cum multis iuncta querela foret. ¶ Sed diuæ. Quin ipsæ deæ. ¶ Quod minus rere. uix credes. etiam. ¶ Ipsæ sorores: Venus Pallas & Diana Iouis filiæ: quo patre Proserpina quoque nata est. ¶ Coniurauere. conspirauerunt. ¶ In nostras ruinas. in exitium nostræ domus. ¶ Nimium. plusquam oportuit: aut nos uellemus. ¶ Insidias superum. Dearũ dolos. ¶ Cognataque uulnera cernis inuidiæ. pathos a necessitudine & diffinitiõne. Nam res quæ miserationem mouet: non dilucide dicitur: Sed datur intelligi. Vt Mezentius apud Vergilium. Nunc alte uulnus adaptum. quom mortem filii significet. ¶ Phlægra nobis incensior Aether. Multo magis irati dii nobis sunt: quam gigantes. & Aetherem quidem pro diis: pro Gigantibus Phlægram posuit. Nam Gigantes Pallenem eandemq; phlægram tenuerunt. ibiq; ab Hercule. uel (ut fabulosa tradit historia) a diis deleti sunt: ut ante diximus. ¶ Florebat tranquilla domus. Ecce liuoris causa. Nihil inquit erat in tota familia nisi expetendum. omniaque secunda supra uotum fluebant. ¶ Tranquilla. Felix. ab anni tempestate sumpta translatione. Tibul. Venit post multas una serena dies. Contra Naso. Tempora si fuerint nubila solus eris idest aduersa. ¶ Virgo. Proserpina. Audebat. sibi permittebat. ¶ Linquere limina. efferre pedem. ¶ Virides nec uisere saltus. nec in proximũ nemus accedere. ¶ Præceptis obstricta tuis. ut tuæ uoluntati mrẽ gereret. Nam mandasse Cererẽ

Cessit: & aspectus miseræ non ferre parentis
Emptum morte uelit. longũq; immota moratur
Autorem dubium: certumq; exprome re funus.
Vix tamen hæc. Acies utinam uesana Gigantũ
Hanc dederit cladem. Leuius comunia tangũt.
Sed Diuæ: multoq; minus quod rere: sorores
In nostras nimium coniurauere ruinas.
Insidias superum: cognataq; uulnera cernis
Inuidiæ: Phlægra nobis incensior Aether.
Florebat tranquilla domus: nec limina Virgo
Linquere: nec uirides audebat uisere saltus:

Autor qui.
Ver. locus
Ilus.
Iliũ cõditor
Blæsꝰ dux ĩ lampsacũ Coloniæ.
Phõuus
Leucadiũ Saltum qs primus tentarit.
Trãquillũ Serenum.

Præceptis obstricta tuis. Telæ labor illi:
Sirenes requies: sermonum gratia mecum
Mecum somnus erat: castiq; per Atria ludi.
Quõ subito(quonã dubiũ monstrãte tenebras
Præscierit) Cytheræa uenit: suspectaq; nobis
Ne foret: hic Phœben cõites: hic Pallada iũxit.
Protinus effuso lætam se fingere risu:
Nec semel amplecti: nomenq; iterare sororis:
Et dura de matre queri. quæ tale recessu
Maluerit damnare decus. uetitamq; Dearum
Colloquio: patriis procul absentauerit Astris.
Nostra rudis gaudere malis: & nectare largo
Instaurare dapes. Nũc arma habitumq; Dianæ
Induitur: digitisq; attentat mollibus arcum.
Nunc crinita iubis galeam laudãte Mineruæ
Implet: & ingentem Clypeum gestare laborat.
Prima uenus Campos Ennæaq; rura maligno
Ingerit affatu: uicinos callida flores
Ingeminat: meritumq; loci uelut inscia quærit.
Nec credit q. Bruma rosas innoxia seruet.
Quod gelidi rubeant alieno gramine menses.
Verna nec iratum timeant uirgulta Booten

ne puella foras egrederetur: indicat illa Proserpinæ querela. O male delecti flores: despectaque matris Consilia. ℭ Telæ labor illi. quod pudici & bene instituti animi signum est. inde Terent. Texentem telã studiose ipsam offendimus. ℭ Sirenes requies. Si quando animum relaxabat Sirenarum cantu mulcebatur. ℭ Sermonum gratia mecum. uoluptatem captabat ex meo tantum colloquio. Nam fabellas Anus interdum puellis referunt: ut horarum tædium detrahant. Tibul. ad Deliam. Sanctique pudoris Assideat custos sedula semper anus. Hæc tibi fabellas referat: positaque lucerna Deducat plena stamina longa colo. ℭ Mecum somnus. noctu mecũ quiescebat. ℭ Casti simul Atria ludi. Vetusti codices legunt castique per Atria ludi. quod placet. Ludos non nisi qui uirginem decerent exercebat: & intra aulæ conseptum. ℭ Cytheræa. uenus. ℭ Dubium quonam monstrante tenebras præscierit. Interpositio. Incertum quis nostros ueneri secessus indicarit. ℭ Suspectaque nobis ne foret. Quo sedulitatis fidem captaret. ℭ Iunxit Comitem. secum duxit. ℭ Pallada. Mineruam. græcus accusatiuus. discedit a Diodoro Claudianus. is Bibliothecæ libro. v. tradit Dianam: Mineruam: atq; Proserpinam Contubernales in Sicilia nutritas esse: & illic una flores legere solitas uestem Ioui fecisse. ℭ Risu effuso: Cachinno. qui lasciuæ deæ conuenit. Estque ueneris epitheton apud Hesiodum Ridens. quod Oratius mutuatus est. Siue tu mauis Erycina ridens. ℭ Nec semel. & sæpius. Iterare nomen sororis. itentidem germanam uocabat: ut se beniuolã declararet. ℭ Queri. Subdole querebatur. ℭ De dura matre. de te perinde atq; difficil' esses. ℭ Quæ tale recessu maluerit damnare decus. Ratio cur imitis a uenere: Ceres appellaret̃. quia formosam puellam in Siciliã emandasset. Sed hoc ingeniose commentus est ex ritu priscæ religionis. Nam Cereri sacras ædes extra urbem minus frequenti loco statuebant. & quo non nisi mortales per sacrificia conuenirent. ut dictum est. ℭ Procul absentauerit. ablegauerit. ℭ Astris patriis a Cælo: quod Iouis eius parentis sedes est. ℭ Nostra. s. Proserpina. ℭ Rudis. simplex: & fallẽdi imperita. ℭ Gaudere malis. Letabat̃ inquit ueneris uerbis: quæ mala fuisse: sequens exitus indicauit. ℭ Instaurare dapes. Epulas sæpius appõebat. qd' i opiparis lautisq; cõuiuiis fieri solet. Nã istaurare ẽ itegrare: & (ut ait Var.) q̃si istar nouare. ℭ Nectare. diuĩa potiõe. qd' Aeternitatẽ græce significat. ℭ Arma hab. q; Dia. Indu. dianæ sagittas sumebat & uestẽ. ℭ Attẽtat. cõtẽdit flectere. ℭ Digitis mollib⁹. teneris & tãtæ rei min⁹ pib⁹. ℭ Nũc: iterdũ. ℭ Crinita iubis. cono isignis. Nã galeæ cristas: ex equina cauda uetustas hẽbat: ut Maro testat̃. ℭ Implet. hoc ait: ut ostdat Proserpinã modũ Mineruæ capitis adæquare. ℭ Laborat. cõtẽdit. ℭ Ingẽtẽ Clypeum: Vastum Mineruæ scutum. cuius magnitudinem Verg. expressit Aeneid. ii. quõ ait: duos illos e tenedo serpentes: sub eius orbe delituisse. ℭ Prima uenus: ut imperata faceret. quippe cui Iuppiter mãdauerat: ut Proserpinã in medios campos eliceret. ℭ Ingerit affatu. Secũda oratione subiicit. ℭ Affatu Sermõe. ℭ Maligno. subdolo. ℭ Ingeminat. Itentidẽ mẽorat: ut desideriũ refricaret. ℭ Vicinos flores: Ennenses campos q semper in floribus erãt: & proximi. ℭ Meritum. gratiã. ℭ Nec credit. simulat apud se fidẽ non facere. ℭ Quod bruma. breuiores anni dies. uñ nomẽ: ut sentit Põpeius. eo tẽpore maximis frigoribus exusta terra: nuda est. ℭ Innoxia. nihil offendens supra. Lambit contiguas inoxia flãma prui nas. ℭ Seruet rosas. Rosæ non in campo solũ Ennensi omni tẽpore florulento: sed i Aegypto: & in agro demũ romano p hyemem ꝓuenicbant. ut indicat Martialis. ℭ Gelidi mẽses: brumales & ꝓinde frigidi: ℭ Rubeant alieno gramine. purpureas ferant rosas: quæ ueris propriæ sunt. Martialis ad Cæsarẽ. Quõdam ueris erãt: nũc tua facta rosa est. ℭ Virgulta uerna. Rosæ frutex: qui uere per naturã floret. qd' ide uernare ẽt dicitur. Prudentius. Vernat herbarum coma. ℭ Iratum booten. Ab arcto spirãtem boream. Nam Bootes sidus est: quod sequit̃ septemtriones: ut docet Plinius: unde fiat Aquilo cunctis floribus &

Venus Ridens.

Cereris Aedes extra urbem.

Instaurare

Bruma uñ

Rosæ per hyemem.

Vernare.

Bootes.

præcipue rosis infestus.potes & ad tempus:quo Bootes apparet referre:Nam tertio Idus Februarias exoritur.ut discimus ex Ouidio.❡ Studio dum flagrat eundi.Dum fingit se incensam nimio desiderio uisendi loca.❡ Persuadet.Adducit in suã sententiam.quod ingeniose Veneri dar poeta.Nihil est.n.quod ea facile non exoret.inde Pytho:quam Suadelam:nos interpretamur:Veneris filiã Sappho uocat.❡ Teneris heu lubrica moribus Aetas.Quidam cum superiori uerbo coniungunt.ut dicat.persuadet moribus teneris & statim sequatur ecphonesis.Sed totus hic uersus acclamatiõi per hypallagen dari potest. Pytho Suadela.

Dum loca miratur:studio dum flagrat eundi:
Persuadet.teneris heu lubrica moribus Aetas
Quos ege nequicq̃ planctus?quas irrita fudi
Ore preces?ruit illa tamen confisa sororum
Præsidio:famulæ longo post ordine Nymphæ.
Itur in æterno uestitos gramine campos.
Et prima sub luce legunt:quom rore serenus
Alget aget:sparsosq; bibunt uiolaria succos.
Sed postq̃ medio sol altior astitit orbe.
Ecce polum nox alta rapit:tremefactaq; nutat
Insula cornipedum strepitu:cursuq; rotarum.
Nosse nec Aurigam licuit.Seu mortifer ille
Seu Mors ipsa fuit.Lutor permansit in herbis
Deficiunt riui:squallent rubigine prata.
Et nihil afflatum uiuit.pallere lygustra
Exspirare rosas:decrescere Lilia uidi.
Vt reduces rauco tractu detorsit habenas:
Nox sua prosequitur currum:lux redditur orbi.
Persephone nulla est.uoto rediere peracto
Nec mansere Deæ.mediis inuenimus aruis
Exanimem Cyanem:ceruix redimita iacebat

Heu Aetas tenera lubricis moribus.Aetatis namq; lubricum: uocamus adolescentiam.in qua qui sunt facile labútur: quod uerbũ Fabius usurpat. Quos ego nequicquam plãctus: quas irrita fudi ore preces. Exonerat eius inuidiam.Quid intentatũ reliqui:quominus egrederetur.& contudi pectus inquit:& precibus institi.sed in casum:nam nihil illa mota est.❡ Tamen.Nihilosecius.❡ Illa.Proserpina.❡ Ruit.incita fertur.❡ Cõfisa sororum præsidio. Nã tutam se putabat: ope Palladis:& Dianæ. ❡ Famulæ.Nymphæ subaudi ruũt.❡ Itur ut illud Maronis.Itur in antiquam Syluã. ❡ Vestitos.ab hominibus sumpta translatio.❡ Aeterno gramine . perpetuis floribus.❡ Sub pría luce. Diluculo. ❡ Quom rore serenus alget aget.quom deciduis in humum pruinis: frigus acute mordet.estq; hypallage.Nam Serenus ros intelligit: qui nõ nisi sereno die cadit.alii codices habent: Albet: quod (mea sententia) magis conuertit.❡ Violaria.prata uiolis ornata.uel a parte totum florulenta. Sedulius. Purpurei ne per uiolaria Campi Carduus: & spinis surgat paliurus acutis. ❡ Bibũt. hauriunt.❡ Succos sparsos , rores guctatim defluos.❡ Sed postquam.Meridiei periphrasis.❡ Sol altior.quom nostrum caput ad perpendiculum despicit.❡ Medio orbe.medio cæli spacio: tantumdem distans ab ortu & occasu ❡ Ecce.de repéte.❡ Nox alta.Spissa obscuritas.legitur & Atra.❡ Rapit polũ. aufert Aethram.quod sumpsit ex illo Vergiliano.Eripiunt subito nubes cælumq; diemq; Teucrorum ex oculis.❡ Insula.Sicilia mari circumflua.❡ Nutat quatitur.❡ Cornipedum strepitu.pulsu pedũ plutonis equorum.Sed dei nomen ipsa silentio præteriit.quod non notat.Strepitus hic pedibus excitatus sonus est.Tibull.Neu Strepitu terrere pedum.Alii fremitu scribunt:ut pro sequenti uerbo:cursuq; rotarum:pulsu.❡ Nec licuit.Datum non est.❡ Nosse.pro Nouisse.❡ Aurigam.Rectorem currus.❡ Seu mortifer ille:Seu mors ipsa fuit.Siue mortis Auriga fuit:seu potius ipsa mors & læti dea.❡ Lutor permansit in herbis.Ecce quibus colligebat eum esse mortem.quacunq; transibat inquit herbæ moriebantur.Sunt qui liuor emendent.Nos antiquam lectionem tuemur.Quippe luteus:quem Vergilius Lutũ dixit:& pallidus idẽ color est:inferis aptus.Nec improbámus:quod in aliis exẽplaribus:lutor:legimus. Nam luridus epitheton Orco conueniens est.Tibull.Diues in ignaua luridus Orcus aqua.de quo plura dictabimus apud eũdem poetam.❡ Rubigine.Rubigo in metallis est:quæ situ quodã contrahitur arida:rubraq; metallum paulatim absumens:qualẽ in ferro uidemus:inde præcipua frumenti calamitas. ut ait Basilius:Rubigo dicitur:q ut illa ferrũ atq; alia metalla:sic ista segetes exurit.autor in fastis Ouidius.❡ Afflatum.eius hanelitu cõtractum:& inspiratũ.❡ Pallere lygustra.ex albis lutea fieri.❡ Exspirare rosas.marcescere uel odoris fragrantiã perdere.❡ Reduces detorsit habenas.qua uenerat equos cõuertit.inemendati codices habent detraxit:nos ex antiquis exẽplaribus:detorsit legimus.❡ Rauco tractu.sonanti cõcussu.nam quom lora trahuntur:ex ære frænis affixæ bullæ grauem tinnitũ reddũt. ❡ Nox sua.❡ Caligo quam currus inuexerat.❡ Persephone nulla est.Non amplius apparet. legitur & Nusquam:quod placet.❡ Deæ.Comites peracto uoto.confecto negocio: quod expetiuerant , & hoc ex Electræ persona.quæ rem nõ tenebat.alioqui Proserpinæ raptus:ueneri tantummodo gratus fuit. ❡ Exan imem:Semimortuam.❡ Cyanem.Cyane Syracusana puella fuit.hæc ex oraculo Cyanippum

Aetatis lubricum. Violaria Luteus color. Lutor Luror Luridus. Rubigo Cyanequæ

patrem mactauit:& se:quæ patris desiderio:quãuis inuita cessisset. Extinctæ diuinos honores Syracusa-
ni sanxerunt:q eius morte sedata pestis esset. Historiam narrat Dositheus de rebus Siculis tertio: repe-
tit & Plutarchus. ab eiusdem nomine perẽnis:& ingens fons appellatus est:ut ait Diodorus. ℭ Ceruix
redimita iacebat. Consternata iam Cyane: sertis ornatum caput deposuerat. ℭ Caligantes. atra nebula
afflatæ. ℭ Aggredimur subito. continuo occupamus. Sunt qui tacitam: pro subito reponanr:& male.
ℭ Casus scitamur heriles. petimusq ab ea: quid actũ esset de Proserpina. ℭ Quis uult⁹? quæ species &

Et caligantes marcebant fronte coronæ.
Aggredimur subito casus scitamur heriles.
(Nã pprior cladi steterat) quis uultus equoꝝ?
Quis regat? illa nihil tacito sed lapsa ueneno
Liquitur: in roremq pedes:& brachia manant.
Nostraq mox lambit uestigia pspicuus fons.
Discedunt aliæ. rapidis Acheloides alis
Sublatæ: siculi latus obsedere Pelori.
Accensæq malo iam non impune canoras
In pestem uertere lyras. uox blanda Carinas
Alligat: audito frænantur carmine remi.
Sola domi luctu senium tractura relinquor.
Hæret adhuc suspẽsa Ceres:& singula demens
Ceu nõdũ transacta timet. mox lumina torqns
Vultu ad Cælicolas furiato pectore fertur.

improprie. nam uultus (præter hominem)
nulli animantium datus est: ut docet Cice
ro. ℭ Nam propior cladi steterat. Parẽthe
sis. & causam reddit: cur quæ præsentes ex
titerant aliam percontarentur. Nã magis
inquit propinqua Proserpinæ fuit: quom
Cyane in fontem. raperetur:& hoc ab historia. Quippe Cya
ne fons est proserpinæ sacer iuxta Syracu-
sas: ut Diodori testimonio docuimus. se-
cundum quem raptam Proserpinam tra-
dit Cicero. ℭ Illa. s. Cyane. ℭ Nihil. subau
di respondet. ℭ Tacito ueneno. intextina
tabe: quãque medullitus hauserat. ℭ Sol-
uitur in latic. liquitur & in aquas migrat.
ℭ Subrepsit crinibus humor. eandem trãs
formationem scribens Ouidius ait. Prima
q de tota tenuissima quæq liquescũt Cæ
rulei crines: digitiq & crura pedesq. Nam
breuis ingelidas membris exilibus undas
Transitus est. ℭ Mox. deinde. paulopost.
ℭ Lambit uestigia. plãtas abluit. ℭ Perspi
cuus fons. lipidissimus riu⁹. & elegãter de-
currẽtis aquæ lapsum: monosyllabo fini-
tum carmẽ expssit. hoc in plærisq Verg. obseruauit: ut in illo. Vertit interea cælũ:& ruit Oceano nox.
item de boue quẽ mactauit Entellus Aeneid. v. Sternitur exanimisq tremẽs procũbit humi bos: De flu
ctu maris assiliente. Dat latus. insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Iam uero de scropha quã cõ-
Achelous unde. mode? Procubuit uiridiq in littore conspicitur sus. ℭ Discedunt. facessunt. ℭ Aliæ. comites. ℭ Ache-
loides. Achelous Acarnaniæ fluuius quom Thoas antea diceretur: ab Acheloo: qui Alcmeonẽ secutus
Thoas amnis. est ex Thessalia: nomẽ accepit. ex hoc una musarũ Terpsychore sirenas pepit. Easdem Lycophron Har
pyiarũ genus appellat. in quo uariã præbet interptantibus coniecturã. quibusdã filias: aliis pẽnatas acci
pientibus. ℭ Latus obsedere Pelori. Sirenas ad Pelorũ Siciliæ promontoriũ statuit Eratosthenes. Mela
sirenes quot & quæ. Pomponius & Strabo in sinu Posidoniate ad amnẽ Silarim ubi nos in Anchoris sæpe stetimus. Nec iis-
dem noibus ab oibus appellantur. Hesiodus Thelxiopen: uel (ut alii codices hñt) Thelxinoen Molpen:
& Aglaophonẽ: quibus Anthemœssan insulã sedem dedit. Lycophron & eius interpres: interdũ Pisino-
en: Aglaopen:& Thelxiopian memorant: quãdoque Ligian: Parthenopen:& Leucosian. uñ Lucaniæ p
Leucosia siren:& promõtoriũ. montorium cognomine. Tametsi Festus ab Aeneæ consobrina datum loco nomẽ existimat. Quin &
Samothracia Leucosia prius est appellata: ut in eius republica scribit Aristo. Home. duas tñ Sirenas ne
q suo quãq noie celebrat: alii tres: ut diximus & in iis Meloessan: qđ Eustathi⁹ ẽt legit. ℭ Accẽsæq ma
lo. idigne ferẽtes acceptã cladẽ. ℭ In pestẽ. in pniciẽ. Nã quoscũq cantu mulcebãt: demũ somno graua-
sirenes scorta. tos necabãt. ℭ Vox blãda. secũda & illicibilis. atq ita ad historiæ ueritatẽ nos excitat. nã Sirenes scorta
fuerũt: ut pdit Palephatus: quæ delinimẽtis appulsos & eaꝝ forma captos: apud se desidere cogebant:
quoad oẽs illoꝝ opes deglubereñt. ℭ Alligat. remorat. ℭ Carinas. naues a pte totũ. ℭ Frænant remi. im
moti torpẽt:& naues nõ ipellũt. qđ ne paterent Argonautæ (Si credimus Herodoto) comitẽ nauigatio
Orpheus inter argonautas cur. nis Orpheũ sumpserunt. qui remigũ mẽtes a Sirenis ad suos cantus auerteret. ℭ Tractura. Recte. nam
trahit uitã: cui grauis est. ℭ Seniũ. malam ætatẽ. Vt Pacuuius & Afranius appellant. & Elegãter poeta:
quæ lib. ii. dicẽda fuerant: huc ex Oratii pcepto trãsposuit. ℭ Hæret adhuc inemẽdati codices hñt moe-
Thuria ceres unde. ret. nos hæret legimus. Non enim tam longa superior attentio: nisi stupore defixæ Cereri conueniret.
ℭ Fertur. incita ruit. ℭ Furiato pectore. Ceres amissa filia Iouẽ diffusis crinibus:& amenti similis adiit:
Orgia cereris sacra cur. & qualẽ Claud. Inducit: inde Thuriæ sortita cognomen est: ut græcoꝝ quibusdam placet: eiusdẽq sa-
cra Orgia dicuntur: ut Clemens Sidonius affirmat. ℭ Niphates. Armeniæ mons fœtus tygribus: ut scri
Niphates q & unde. bit Strabo. Nomen (ut Arcadio placet) ἀπο του νείφειν. i. ab assiduo niuium casu. poetæ tamen præ
positiuam uocalem subtrahunt Niphatemq per simplex. i. dicunt. Nicander in. vii. Ταυρον πρυλνα
ρεια ευσκο πελοντε νιφάτην. i. Surgentemq iugis Taurum: scopulisq Niphatẽ. ℭ Quatitur. uapu

lat:& pulſatur:aut tremit. ℭ Matre hyrcana. fœta Tygride quæ ſæuior eſt: ut inquit Plinius. Hyrcania (quod ſcribit Xenophon) Aſſyriæ annexa eſt: gens haud admodum populoſa: ob eamq; rem paret Aſſyriis. ℭ Tremebundus. inſequēte Tigri. ℭ Ludibria Regi Achemenio. In gratiam Regis Perſarum: quē ex Achemenia tribu optare mos erat: ut diſcimus ex Herodoto. Sedulius de Perſarum Rege. cuius Achemeniam rabies accenderat iram Plus fornace ſua. Reges autem Perſarum (quod narrat Xenophon) intra ſepta feras alebant: quibus conficiendis exercerentur. ℭ Fremit illa marito Mobilior Zephyro.

Achemenii perſarū reges.

Arduus hyrcana quatitur ſic matre Niphates:
Cuius Achemenio regi ludibria natos
Auexit tremebundus eques. fremit illa marito
Mobilior Zephyro: totamq; uirentibus iram
Diſperſit maculis: nimiūq; hauſtura profundo
Ore uirum: uitreæ tardatur imagine formæ.
Haud aliter genitrix toto bacchatur Olympo:
Reddite uociferans: nō me uagus edidit amnis:
Nō Dryadum de plæbe ſumus. turrita Cybelle
Me quoq; Saturno genuit. Quo iura deorū?
Quo leges cecidere poli? Quid uiuere recte
Proderit? En audet noti Cytherœa pudoris
Oſtentare ſuos poſt lemnia uincula uultus?

Dii boni. quæ quorumdam temeritas eſt? qui ubi minus ipſi explicatam habent hiſtoriam: ſtatim contra fidem ueteris litteraturæ pro ſua libidine uerba interpolāt: ut hoc in loco. quom nuſquā legiſſent tygres uento cōcipere: uirgula Ariſtarchi cēſoria: Marino pro marito ſubſtituerunt. Nos marito legēdum contendimus ex Oppiano: q de uenatiōe libros ad Antoninū Cæſarem græce ſcripſit: in quibus & hoc ex aliorum ſentētia tradit: quāuis ipſe nō probet. Oppiani uerba (ne quis forte dubitet appoſuimus) nam quom docuiſſet ferarum omnium. uelociſſimā eſſe Tygrim. poſtremo ſic ait. αὐτῷ γάρ τε ἔοικεν ἰκέλη ζεφύρῳ γενετῆρι. ideſt nam ſimilis Zephyro planta pernice parenti eſt. deſde per correptionem continuo ſubdit. nō patri inquā. Quis enim hoc admittat grauidas ſpiritu feras reddi? Inualuit tamē hæc hominum uana opinio: ut hoc in genere non niſi tantum fœminas extare falſo credant. reliqua illic. in quo Claud. ab ipſo diſceſſit illectus amenitate fictionis: quæ poetico magis acumini cōueniebat: ut in caſtrenſi Hernicorum conſuetudine Maro fecit: ubi Eurypide poeta quaſi cognato autore quā Ariſtotele philoſopho uti maluit. Mouit ꝑterea Claud. ꝙ equabus Hiſpanis in agro Olyſipponēſi idem euenire: legerat apud Varronē. & quicquid ſine maris accubitu gignitur: uento conceptū plæriq; diſputāt. Ariſtophanes Dædalo (fabulæ nomē id eſt) oua quæ gallinæ abſq; officio mariti pariunt ὑπηνέμια. i. ex interpretatione Theodori: ſubuentanea: quæ Plato pħs ἀνεμιαῖα uocat. ℭ Totāq; uirētibus irā diſperſit maculis. Quippe quadrupedes inter tam uaria Tygris eſt quā ex Alitū gñre Pauo. autor Oppianus. ℭ Vitreæ tardatur imagine formæ. Hanc artem captandi Tygres Diuus Ambroſius Hexhamerō libro ſexto pluribus uerbis exequitur. quæ (quoniam ſancta ſunt & non illepida) libuit adnotare. nā de natura loquens: illa inquit Tygridis interpellat Ferocitatem: & imminētem eam prædæ reflectit. Nāq; ubi uacuum ſobolis raptæ cubile reperit: illico ueſtigiis raptoris īſiſtit. At ille quāuis equo uectus fugaci uidēs tñ uelocitate feræ ſe poſſe præuerti: nec euadēdi ullū ſuppetere ſibi poſſe ſubſidiū: technā hmōi fraude molif. ubi ſe cōtiguū uiderit: Sphærā de uitro ꝓiicit: at illa imagine ſui ludif: & ſobolē putat. reuocat ipetū colligere fœtū deſiderās. rurſus inani ſpecie retēta: totis ſe ad cōprehēdēdū eqtē uirib⁹ fundit: & iracūdiæ ſtimulo uelocior fugienti īminet. Iteꝝ ille ſpheræ obiectu fugientē retardat. nec tñ ſedulitatē mřis memoria fraudis excludit. caſſam uerſat imaginē: & q̄ſi lactatura fœtus reſidet. Sic pietatis ſuæ ſtudio decepta: & uindictā amittit & plē. ℭ Genitrix. Ceres. ℭ Bacchaf. iſtar Mænadis incita rapitur. ℭ Vociferans. imaniter clamans. ℭ Reddite. ſ. filiam quam ſurripuiſtis. ℭ Non me uagus edidit amnis. negat ſe genus a fluuiis ac fontibus ducere: ut Naiades: in quas ſine magna dignitatis iactura peccari poteſt. ℭ Non Dryadum de plæbe ſumus. Arborum deas antiqui Dryades appellauerūt: quoniam Drys apud græcorum uetuſtiſſimos commune plantarum omnium nomen erat. ℭ Turrita Cybelle me quoq; Saturno genuit. Exaggerat iniuriam cōmemorata perſona quām ſuſtinet. Nam Ceres ut Sentit Euhemerus Cælo Terraq; parentibus Saturni ſoror fuit. Alii Saturno ac Ope genitam tradunt: quibus accedit Claudianus. ℭ En. increpantis eſt. Cicero. En cui liberos tute committas. ℭ Noti pudoris. Proſtitutæ famæ. ℭ Oſtentare ſuos uultus. aperta fronte in medium prodire. ℭ Poſt lemnia uincula. Amare Venerem pulſat. omniſque indignatio hinc eſt: Quod accepta hac ignominia Venus honeſtiſſimas quaſque deas prouocaret. Ex Homero notiſſimam fabulam Naſo repetit. Vt minutiſſimis uulcani catenis cum Marte irretita Venus: Spectaculo Diis omnibus fuerit. Ex eo concubitu Harmoniam peperit: ut diſcimus ex Heſiodo. quæ poſtea Cadmo nupſit. Idomeneus tamen: is qui Troica ſcripſit: Harmoniam Iouis & Electræ filiam fuiſſe dicit: quæ Thebarum portas ab Electra matre Electridas appellarit. Male qui hanc Hermionem iiſdem elementis quibus Spartanam memorant: quom Cadmi coniunx græce dicatur ἁρμονία. Itaque a nobis & ſcribi: & enunciari debere: libro ſeptimo Martianus Capella iis uerbis indicat. Senarius inquit Veneri attributus eſt: & primus

Tygres uēto concipere.

Equæ Olyſipponēſes aura grauidæ reddun tur.

tygres quō capiantur.

Harmonia nō hermione Cadmi coniunx. Harmonias ostendit genuisse. quippe sex ad duodecim est Symphonia diapason: Sex ad nouē Hemiolios: Sex ad octo Epitritos: idest Symphonia dia tessaron. unde Venus Harmoniæ mater perhibetur. ℂ Lemnia. uulcania. Nā lemnos Aegei maris insula contra Thraciā Vulcanum præcipuo cultu prosequebatur. in quam cælitus deturbatus a Ioue decidit: ut Homerus & .C. Balbus in Argonautico canit. hæc autem fabula ab historia composita est. *Lénos. nñ: & cur uulcano sacra.* Nam illic ignis primū repertus traditur: & arma fabricata: unde fontes Lesbii dicti sunt. autor Hellanicus. urbes in ea duæ fuerūt insignes: Ephestia Myrinaq. Léni nomē a cultu Ideæ mřis accepit. quā icolæ *Ignis ubi primū repertus.* lénon uocāt: ut in Europa scribit Hecatæus cui deæ puellæ pro uictimis mactabantur. *Armorum inuentio.* Aethalia prius appellabatur. q hiatus habebat: per quos eructatus ignis napotabat. ut apud Polybium legimus. *Aethalia.* ℂ Bonus ille sopor castumque cubile. Ironia pronūciatione & gestu iuuanda: ne quod negat concedere uideatur. ℂ Quid uos? Ad Mineruam Dianamque sermonem conuertit. ℂ Expertes thalami. uirgines & innuptæ. ℂ Tātum ne relictus Virginitatis honos? Adeon neglecta pudicitia uobis est? inemendati codices habent: relictis nullo sensu. ℂ O Templis Scythiæ. atq; hominē sitientibus aris utraque digna coli. *Dianæ tauricæ sacra.* Tauroscythæ quoscunque aduenas capiebāt (capiebant autem multos qui fluctibus & tēpestate ad eos depellebantur) Dianæ imolabant. quæ sacrificia tragicæ in scœna Eurypides decantauit. Clemens Sidonius: Ammianus: acnus: ac utroque prior autor

> Hos animos bonus ille sopor: castumq; cubile
> Præbuit: amplexus hoc promeruere pudici.
> Nec mirum: si turpe nihil post talia ducit:
> Q uid uos expertes thalami? tātum ne relictus
> Virginitatis honos? tantum mutata uoluntas?
> Iam Veneri: & sociis iunctæ raptoribus itis?
> O templis Scythiæ: atq; hominē sitiētibus aris
> Vtraq; digna coli. Tanti quæ causa furoris?
> Q uam mea uel dicto tenui Proserpina læsit?
> Scilicet hæc caris pepulit te Delia syluis
> Aut tibi commissas rapuit Tritonia pugnas.
> An grauis alloquio? uestros an forte petebat
> Importuna choros? atqui Trinacria longe
> (Esset ne uobis oneri) deserta colebat.

Herodotus. Expetebant imprimis: & summo quidem studio: græci generis homines: in gratiam sacerdotis Iphigeniæ: quam Iphianaxam uocat Lucretius. *Iphigeniæ historia.* Agamenonis ea filia fuit & Clytemnestræ: uel (ut Duridi Samio placet) Helenæ: Thesei stupro cōcepta. Clytemnestræ tamen dici: quoniam Menelao nubens Helena sorori adoptandam dederit. eandem quom græci classem remorantibus uentis in Aulide essent immolaturi: Diana supposita cerua surripuit: & in Scythiam translatam suo templo præfecit. quidam mutatam dicunt in Ceruam: Nonnulli in anum: Phanodicus rerum scriptor in ursam: Nicander in taurum. Hesiodus in mulierum Catalogo ait: Hecaten Dianæ numine atque uoluntate effectam. in de Verg. Aeneid. ii. composuit oraculum. Sanguine placastis uentos & uirgine Cæsa. Ventos inquam quia ευκτοῖς hoc est procellis Iphigeniam mactare statuerant: ut est apud Lycophronē. *Vet. locus* quod Serui⁹ & alii non uiderunt. quin & phocenses græcos ēt Dianæ pro uictimis iugulabāt. ut tradit Pythochles: *Mineruæ uirgo mactabatur.* isq; Syriæ Laodicea uirgo Mineruæ cædebatur: ut Pallas refert: qui Mithræ mysteria græce scripsit. Nō igitur imprecatur hic Ceres: ut quidam putant: sed crudelissimum sacri genus obiicit: ut opprobrium: contenditq; sæuissimo earum ingenio conuenire. ℂ Quam læsit? urguet interrogādo: quippe nulla: uel difficilis respondendi facultas relinquitur. ℂ Vel tenui dicto? leuissimo saltē uerbo. ℂ Scilicet. ferē sem*Scilicet.*per ad Ironiam ponitur. Terentius. id populus curat scilicet & Verg. Scilicet is superis labor est ea cura quietos Sollicitat. ℂ Vestros an forte petebat Importuna choros? an uestros cœtus intempestiuo interuentu turbabat? ℂ Atqui. quin immo. in uulgaris exemplaribus: atq; perperam scriptum est. ℂ Deserta trinacria. Siciliæ secessus. & adiectiue Trinacrium dixit: ut Maro. Ante & trinacria lentandus remus in unda: quod Callimachus Aètion primo: multo ante usurpauit: ut scribit Stephanus. Hoc illud opus est quo Martialis ad Mamurram carmen omnium primi spectare deprehendimus. Sed non uis Mamurra *Trinacriū adiectiuū.* tuos cognoscere mores Nec te scire: legas Aetia Callimachi. nam pter alia Callimach. Aetia quoq; scripsit: quo poemate sacrorū ritus: & cās cōplexus est: unde nomē. Seruius Aeneid. prīo Maronis uerba declarās. Cur dextrā iūgere dextræ nō datur Maioq; (inquit) hæc fuærat salutatio cuius rei το αἴτιον. i. *Aetia Callimachi.* cām Varro Callimachū secutus exposuit. & alibi carmē illđ enarrās in tertio. uñ ēt tēplo Triuiæ lucisq; sacratis cornipedes arcent eq: Ser. ait. exponit το αἴτιον nā Callimach. scripsit Aetia: i qb⁹ hoc ēt cōmemorat. nec igrati Prisciano sumus: q Callimachi uersum citat ex Aetiis li. i. nobisq; adhuc pueris āt quodāmō uellit: ut hoc in Martialē suspicaremur. Improbo pfecto faciūt q tanq̄ fuci alienis laborib⁹ isidiā*Martialis carmen exponitur.*ter: & q̄ cūq; pripere possunt: p suis ostētāt. An si nr̄am hāc obseruātiūculā: per ætatē pdere tū nō licuit & editiōe nō inuēto pueti sumus: idcirco nr̄a nos laude fraudari patiemur? Nō adeo toleranda qes. Marius Aeqcolus iuuenis apprime doctus: qđ eius igenii monumētis notū est: Sāctissime testari pōt: me pluribus annis anteq̄ in cuiuspiā cōmentariis ebulliret: Neapoli super hoc Martialis loco secum cōmunicasse. sed & Tideus Actianus ille picens: pceptor olim meus: uir in oī uitæ colore tersissim⁹: & quē nulla

remotior diſciplina latet: meo nomine multum gloriatus: q eius ætatis puer eruditionis non exiguum ſpecimen ſub ſe dediſſem: in ſuas Quiſquilias hoc etiam retulit: opus ſane uarium: quod ab ſe magna cura compoſitum: iam tum uidebatur editurus. ac neſcio cur ad hanc dié publicum non acceperit: Non eſſemus in iis uindicandis adeo diligentes: niſi nonnullos in alienis: & quibus ipſi non inſudarunt: idem moleſtiſſime facere uideremus. Ex Aetiis præterea Callimachi uetuſtus & innominatus interpres Homeri: qui in publica uaticani Bibliotheca Romæ legitur: ſæpiſſime teſtimonium petit. Dionyſius item Corinthius (ut eſt apud Suidam) eadem inſcriptione opus emiſit. alluſit ad hoc etiá Naſo quom dixit. Tempora cum cauſis latium digeſta per annum Lapſaq; ſub terras ortaque ſigna canam. quippe Aetion cauſam ſignificat: & Aetia eodem pene argumento: quo noſtri Faſti conſtabant.

Dionyſius Corithius Aetia quo latine.
Ouidii locus.

Quid latuiſſe iuuat? rabiem liuoris acerbi
Nulla poteſt placare dies. iis increpat omnes
Vocibus. aſt illæ (prohibet reuerentia Patris)
Aut reticent: aut noſſe negát. Reſponſaq; Matri
Dát lachrymas. qd agat? rurſus ſe uicta remittit
Inq; humiles demiſſa preces. Ignoſcite ſiquid
Intumuit pietas: ſiquid flagrantius actum eſt
Quá decuit miſerá: ſupplex miſerádaq; ueſtris
Aduoluor genibus. Liceat cognoſcere ſortem.
Hoc tantum. Liceat certos habuiſſe furores.
Scire peto quæ forma mali: quamcúq; dediſtis
Fortunam: ſit rapta feram. Fatumq; putabo
Non ſcelus: aſpectú precor indulgete Parenti.
Non reperam quæſita manu. ſecurus habeto
Quiſquis es: affirmo prædam: deſiſte uereri.

¶ Rabiem liuoris acerbi Nulla poteſt placare dies. Nullus adeo uehemens affectus eſt qui non longiquitate temporis minuatur: atque molleſcat. Solus inuidiæ liuor in dies magis atque magis augetur. Nam quiſquis hac perturbatione laborat: ne iis quidem: quos fidiſſimos ſibi exiſtimat: turpiſſimum morbi genus audet detegere: atque ita dum in profundo pectoris ægritudinem fouet intextinis curis exeditur. Ac neque medicum: neque remedium ullum prorſus inuenit. niſi ex eorum quibus inuidet calamitate. ¶ Rabies. quæ maior dici? aut excogitari rabies poteſt? quam paſſim: ut quiſque uirtuti maxime intendit: omnibus inuidere? & iis imprimis a quibus beneficio puoceris? Quippe quo maiora in inuidum merita conferuntur: eo magis dolet: turbatur: angitur. Plus namque mœroris ex alterius officio: atq; bene de ſe merendi facultate ſuſcipit: quam ob collata beneficia uoluptatis. Quomq; nullum animal a natura immite adeo ſit: ut obſequio non deuinciatur: unus inuidus beneficiis reddit importunior. & hoc eſt quod Claud. ait acerbi. Plura leges apud Plutarchum: Baſiliumq;: qui pulcherrimis duabus orationibus: non minus quá debent huiuſmodi uitium deteſtantur. ¶ Liuoris. Liuor inuidia dicitur ab inuidorũ colore: quorũ oculi atri ſunt atq; obſcuri: Genæ pallidæ: turbida ſupercilia: animus perturbatione diruptus: & qualis deniq; ii. metamorph. deſcribitur ab Ouidio. Quod ſi certius exactiuſq; inuidiæ ſimulacrú deſideras: Appulá muſcá ſpectes oportet. cui neq; uerius neq; conuenientius quá Muſcæ nomé dari aut fingi potuit. Nam ut integras corporis partes prætereútes Muſcæ: ad ulcera ſeſe cóferunt. Sic is undiq; inuidia diffluens: diſſimulatis animi bonis & uitæ ſplédore: in hominú dútaxat labeculis immoratur. omniaq; detorquet in peius. unde (qui maximus peruerſitatis cumulus é) optimi cuiuſq; ſibi odium cóflauit. niſi quem uerſutiſſimi hominis doli: atq; incóſtátiſſimi mores fefellerút. nam eius ingenii inuii atq; occultiſſimi ſunt receſſus. nec qui cognoſci aut perluſtrari facillime poſſint.

Liuor uñ.
Inuidiæ ſimulacrum Muſcæ peruerſa natura.

¶ Quid agat? miſerationé mouet addubitatio. ut Didonis illud apud Maronem. Heu quid agam? ¶ Si quid intumuit pietas. Si qd amiſſæ filiæ dolore ſuperbius excidit. utiturq; ſtatu ueniali. quom iracúdiæ cám i maternú reiicit affectú: qui omniú cóſenſu maximus é. ¶ Flagrátius. Ardentius atq; aio cómotiore. ita nanq; legendú eſt: nó flagrátibus: ut inemendati codices habent. ¶ Aduoluor. genibus. quæ ſupplicantes tangebant. ex cauſa quam ſuperius expoſuimus. ¶ Liceat cognoſcere ſorté. fas ſit inuectæ calamitatis genus ediſcere. & quo pacto filiam perdiderim. ¶ Hoc tantú. ſ. a uobis poſtulo. colorem traxit ex illo Vergiliano. Hoc ſolú nomen: quoniá de coniuge reſtat. ¶ Certos furores. euidétes iraſcendi cauſas. alii dolores (quod luculentius eſt) emendant. ¶ Scire peto quæ forma mali. ita quidem nos emédauimus: quom uulgati omnes codices haberent. Si repares quoque forma mali. ¶ Forma. Species & ratio. ¶ Mali. acceptæ cladis. ¶ Fatumq; putabo. Non ſcelus. nam quæ fato fiút neq; laudem in ſe: neq; culpam habent ullam. qua ratione nonnulli ueterum philoſophorũ contra Chryſippum nituntur. ¶ Aſpectum precor indulgete parenti. uidendæ filiæ copiam mihi facite. ſed emphaſim parentis nomen habet. ut illud Aeneæ apud Verg. Paruumq; patri tendebat Iulum. ¶ Non repetá. non repoſcam. ¶ Quæſita manu. natam: quam quis ſibi uirtute comparauit. ¶ Præuenit. anteuertit: & occupauit. ¶ Munere. premio. i. ſi raptor a uobis indiciú redemit: & munus largitus eſt. ne ſe prodatis. Quod ſi leges ex antiquis aliquot exéplaribus: fœdere. ſenſus erit. Sin aút uos fidé dediſtis: predoné nó detecturas. ¶ Certe. ſalté.

Latõa cur.

ℭ Refer tu o latona.est aũt conuersio sermonis ad matrem Dianæ: quæ latonæ nomẽ a mansuetudine morum sortita est apud græcos:ex interpretatione Platonis. ℭ Confessa Diana Forte tibi. Forsan(iqt) Diana Raptorem tibi aperuit. ℭ Nosti quid sit Lucina. Non te latet quantum laboris in enitendo matres ferant. Putidum est ad Dianæ mores referre, perinde atq; Ceres dicat: Latonam probe scire: quibus nam rebus Diana adduci possit: ut raptorem prodat. Nos ut iam diximus: interpretamur. nam supra Ceres ait. Et caros uteri commendo labores. & Romani Lucinam uocabant lunam: quia lucem præbeat:

Lucina q.

Quod si uos aliquo præuenit fœdere raptor:
Tu certe Latona refer. confessa Diana
Forte tibi. nosti quid sit Lucina: timorq;
Pro genitis: & quantus amor. partusq; tulisti
Tu geminos. hæc una mihi. Sic crine fruaris
Semper Apollineo: Sic me felicior æuum
Mater agas. Largis tũc hymbrib9 ora madescũt
Quid tantum dignum fleri? dignumq; taceri?
Hei mihi: discedũt omnes. Quid uana moraris
Vlterius? non bella palam Cælestia sentis?
Quin potius natam pelago Terrisq; requiris.
Accingar lustrare diem. Per deuia rerum
Indefessa ferar. nulla cessabitur hora.
Nõ requies: nõ somnus erit. dum pignus adẽptũ
Inueniam. gremio quanuis mergatur Iberæ
Tethyos: & rubro iaceat uallata profundo.

ut in questionibus docet Plutarchus. quã in partu ac doloribus adesse opinabãtur: tanquam Lunam. Nam plenilunio facile mulieres leuari partu uidentur. Eandem ex Hyperboreis Delum uenisse fama est, ad leuandos latonæ parturientis dolores: atque inde Lucinæ nomen ad alias gentes manasse. Cretenses ex agro Gnosio Lucinam in Amniso natam arbitrantur & esse filiam Iunonis. autor Pausanias. ℭ Timorque pro genitis & quantus amor. i. quam solliciti pro liberorum salute parẽtes sint: quamq; eos caros habeant. & hoc indicat superius carmen ex sententia nostra intelligẽdum. ℭ Partusque tulisti tu geminos. Duos inquit liberos:& uno quidem utero edidisti. Neque grauius quicquam in uita tibi posset accidere: quam si alterutro orbareris. Quanto igitur ægrius esse mihi censes ex unicæ puellæ iactura? Latona geminos uno partu peperit: ideo Gemellipara dicta est ab Ouidio. eiusdem puerperium alii statuunt in Lycia: quod Oratius sentire uisus est. Qui Liciæ tenet Dumeta Natalemque syluam Delius & Patareus Apollo. Quidam Deli: plærique Zosteri qui locus est in Actica. Pausanias tamen ait ibi filios non peperisse: sed tanquam parituram soluisse Zonam: atque inde loco mansisse nomen. Quin & oppidum Bœotiæ Tegyra sibi uendicat: ut Semus Delius asserit. ℭ Hæc una mihi scilicet ex Ioue. nam liberos alios ex aliis suscepit Ceres: ut ante diximus & Alcman Amycleus autor est: eiusdem filium fuisse Carnæum a quo Apollinis festa carnæa dicta sunt quorum Callimachus meminit & Theocritus. Praxillas autem carnæum Iouis ex Europa susceptum canit: quem Apollo dilexerit: & ab eius nomine sua festa carnæa dici uoluerit. ℭ Sic. obtestandi particula. Vergi. sic tua cyrnæas fugiant examina taxos. ℭ Sic crine fruaris semper Apollineo. Apollinis cognomen est Acersecomes, i. intonsus: quod nunquam radii (quod ait Macrobius) a fronte solis auelli possunt. eius cæsarie latona mater anxie delectabatur: ut de pastore deo uerba faciens Tibullus indicat. Sæpe horrere sacros doluit Latona capillos Quos admirata est ipsa nouerca prius. ℭ Fruaris. uoluptatẽ capias. ℭ Semper. perpetuo. ℭ Sic me felicior æuum mater agas. Optat ut felicior quam ipsa sit in liberis. in quo Latonæ beniuolentiam colligit: & pathos excitat. ut quom precatur Ouidius ab exilio: ut dissimilem fortunam suæ: dii concedant amico. ℭ Largis hymbribus. uberibus lachrymis. ℭ Quid tantum dignum fleri dignumq; taceri? Complexio quæ ab utraq; parte concludit. Si meæ fortunæ uos miseret ideoq; socias lachrymas iungitis: indicate raptorem. quod si negatis: certe uos mei non miseret. quid igitur istæ sibi lachrymæ uolunt? ℭ Hei mihi discedũt omnes. Ad illa Cereris uerba Dii omnes auersi singuli facessebãt. inde ceres exclamat. eademq; causa fuit: cur superius dilema: supplendum reliquerit. ℭ Quid uana moraris? Hoc & insequentia sexdecim carmina secum Ceres. ℭ Non bella palam cælestia sentis? Non ne intelligis aduersari tibi deorum studia? ℭ Quin potius natam pelago terrisq; requiris? Non ne præstat inquit terra mariq; filiam perquirere: quam frustra rogando tempus conterere? ℭ Lustrare diem. Solis semitas uestigare. ℭ Deuia. qua non patet accessus. ℭ Rerum. mundi. ℭ Requies. ocium aut aliqua laboris remissio. ℭ Pignus ademptum. raptam filiam. ℭ Gremio mergatur iberæ Tethyos. Quæ nunc a Rege Hispano Hispania dicitur, ab amne prius Ibero Iberia uocabatur. autor Trogus. eiusdem regionis alluens oras Mare Iberum fertur. hunc autem locum Claud. a Papinio sumpsit apud quem Diomedes ita loquitur in Achilleide. licet ille sonantibus antris Tethyos aduersæ: gremioq; præmatur aquosæ Nereos: inuenies. ℭ Rubro iaceat uallata profundo. Quanuis Erythræo mari claudat. id in duos sinus scinditur: quorum qui ab oriente est Persicus appellatur: quod eam oram persæ colant: uicies & sexagies cẽtena milia passuum circuitu patens: ex aduerso alter unde Arabia est arabicus memorat: ut ait Solinus.

Apollinis & Dianæ Natale solum.
Zoster.
Carnæ9 q
Carnæa Apollinis sacra unde Acersecomes apollo
Apollinis comæ.
Hispania.
Iberia.
Rubrum Mare

℃ Rheni glacies. Rhenus notissimus Galliæ flu. ab Alpibus decidens. ut inquit Mella: cuius accolas antiqui Celtas uocabant: posterior ætas cognomines amni Rhenos: autor Stepha. ii coniugũ fidé sic probant. a partu recétes filios ad Rhenũ deferũt: scutoq; ĩpositos: qua rapidior é: alueo cõmittũt: qbus unda pepercit: ut suos agnoscunt. extinctos adulterio cõceptos existimant. extat inter græca Epigrámata carmé ĩcerti autoris. quod eundé moré pluribus uerbis exequit. Idq; adulescés perhumanus & nõ ĩeruditus Antonius Calcaterra: paucioribus iis numeris amplecti tétauit. Audaces rapido dubios ĩ gurgite partꝰ Explorát Celtæ. donec diiudicat unda. Hæ nũq̃ capiũt gétes noua pignora matrũ: Quá prius ĩponant clypeo: tũ flumina monstrant An genus obliquũ fuerit. post mater ad undas Egeriá rédit: natos uisura recétes. Et suspensa timet cẽsoris flumina Rheni. Hinc alibi Claud. Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus. ℃ Nõ me tenebunt. cursum non ĩpedient. ℃ Rhipæa frigora. Posidoniꝰ & Protarchus (ut dictũ est) Rhipæos & Alpes eosdem mõtes accipiunt: quos teneant Hyperborei. quibꝰ accedit Tibullus. ut illic ĩdicabimus. Damastes qui populos græcꝰ autor exponit. Scythas ĩqt excipiũt Essedones: hos Arimaspi cõtingunt: ulterius Rhipæi sunt: unde flat Aquilo: cõtinuis obsessi niuibus. Deĩceps externi maris oras habitant Hyperborei. inde Aeneid. iiii. Vergi. Alpinum Boream dixit: q̃ is e Rhipæis montibus spirat: q̃ cũ Alpibus iidé sunt: ex sñtia Posidonii. ait aũt Ceres Rhipæis mõtibus ꝓxima se petiturá. quæ cadétes assiduæ niues adeo ĩuia efficiũt: ut ultra ne uisũ qdé intẽdétiũ admittát: ut tradit Mella.

Rhenus
Celtæ stadnatos filios explorát
Claudia. locus ex pa. neg.
Rhipæi montes
Alpes.
Essedones
Hypborei.
Ver. locus

Non Rheni glacies: non me Rhipæa tenebunt
Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur æstu.
Stat fines penetrare noti. Boreæq; niualem
Vestigare domum. primo calcabitur Atlas
Occasu: facibusq; meis lucebit Hydaspes.
Impius errantem uideat per rura: per urbes
Iuppiter extincta satietur pellice Iuno.
Insultate mihi: cælo regnate superbi.
Ducite præclarũ Cereris de stirpe triumphum
Sic fatur. notæq; iugis illabitur Aetnæ:
Noctiuago tædas inflammatura labori.
Lucus erat ꝓpe flumé Acim: quod cãdida ꝓfert
Sæpe mari: pulchroq; secat Galatæa natatu:
Densus: & innexis Aetnæa cacumina ramis.

